SYNONYMORVM SYLVA OLIM A SIMONE PELEGROMIO COLLECTA,

& Alphabeto Flandrico ab eodem authore illustrata: nunc autem è Belgarum sermone in Anglicanum transfusa, & in Alphabeticum ordinem redacta per H. F. & ab eodem denuò multis locis emendata & aucta.

Accesserunt huic editioni Synonyma quadam poëtica, in poësi versantibus perquàm necessaria.

Syn. 8. 60. 117.

LONDINI,
Excudebat Iohannes Harison, impensis I. H. I. N. Hæ. 1603.

56 ... 1008,9

Pickering
15 Oct. 1904

CLARISSIMO VIRO DOMINO FRANCISCO WALSINGHAMO, EQVITI AVrato, & ſereniſſimæ Regiæ Majeſtati à Conſilijs, H. F. fœlicitatem precatur perpetuam.

Voties in animo meo complector (Honoratiſsime VValſingame) funeſtas & horrendas illas Chriſtianorum ſtrages ante aliquot annos Pariſijs æditas, ex quibus ego inter cæteros, cum ſummo vitæ periculo & diſcrimine elapſus ſum: toties ſoleo de ſingulari Dei erga me bonitate, & apud me præclare ſentire, & apud alios magnifice prædicare: quod me ſcilicet incolumem & ſaluum ex immaniſſimis illis Galliarum procellis, in pacatiſsimum iſtud Angliæ regnum, tanquam in tutiſsimum portum & aſylum deduxerit. Cæterum vt hoc diuino munere & beneficio factum eſſe libenter agnoſco: ſic etiam & eo nomine me multo fœliciorem eſſe ſemper exiſtimaui, quod ex illo vſque tempore, te patronum mihi indulgentiſsimum ſortitus ſim, cui-

ius ego insignem beneficentiam toties sum expertus, vt infinitis officijs me tibi obstrictũ esse libere profitear. Hinc ego tanquam oraculi cuiusdam authoritate permotus, sapissime antehac (Clarissime Patroñe) de referenda gratia deliberaui: verum nihil hactenus occurrit, præter exiguum istud munus literarum, quo me tot tantorumque tuorum beneficiorum memorem esse declarassem. Quapropter, vt extaret aliquod obseruantiæ meæ testimonium, in gratiam vestrorum hominũ, ista Pelegromij cuiusdam Synonyma è populari & vernaculo Belgarum sermone in Anglicam linguam transferenda esse censui. Quæ quamuis eiusmodi fortasse non sint, vt delicatulis & curiosioribus quibusdam hominibus possint satisfacere: si tamen illa tibi ingrata esse non censero, abunde magnum laboris mei fructum videbor reportasse. Summis igitur a te precibus contendo, vt libellũ istum eo animo, quo a me profectus est, accipias: & eundem in patrocinium & tutelam tuam recipere digneris: illud enim plane persuasum habeo, eum vel propterea a'ijs gratior è esse futurum, quod splendissimo tuo nomine, quasi extmio quadã gemma insignitus sit. Deus Opt. Max. dominationem tuam, & ad eccleſiæ suæ propagationem, & ad perfectam reip. confirmationem quam diutissime seruet incolumem. Londini. 10. Octob.

Tuæ dignitatis studiosissimus. H. F.

IO. SERRANVS DE SYNONYMIS AD Lectorem,

VT studiosus delectum quendam Synonymorum habere possit, ac modum variandæ orationis per Synonymiam: nos ex paucis veluti per transennam indicabimus. Nam plenam ac perfectam doctrinam ea de re tradere, iam non est nostri instituti, nec illa breuibus vel paucis absolui posset. Quare exactum & accuratum methodum alijs relinquimus ac permittimus, quibus vel tantum ocij supereſt, vel quos id studiorum genus delectat. Nobis satis erit, si vel viam vtcunque monstrauerimus: Ea autem synonymorum, siue per Synonymiam variandi ratio, primum ac omninm maximè ex Dialectica traditione desumi poterit. Nam Dialectica maxime omnium & ante omnia id agit, vt doceat nos de rebus propriè, certò, appositè, verè ac infallibiliter loqui. Ac ideo præscribit nobis, quomodo omnium rerum essentiam siue existentiam aut subsistentiam, genus, species, proprietates, conditiones, accidentia quantitates, qualitates, relationes, actiones, passiones, tempora, locos, situs, habitus, dispositiones, formas & figuras, cognata, affinia, partes, similitudines, contrarietates, causas, officia, & effectus, sicut Dialectici doctores præcipiunt, collocare possimus. Ex eiusmodi con-

ditionum, proprietatum, accedentium & cauſarum multiplicitate, naſcitur rerum appellendarum & deſcribendarum multitudo ac varietas. Primum enim à genere, ſicut à patre auo, &c. liberis imponuntur nomina, vt Agamemnon dicitur a patre Atrides, Hector Priamides, Achilles Aeacides, &c. Et Romani dicuntur Dardani à Dardano, Aeneadæ ab Aenea, Romani à Romulo. Deinde à ſpecie oritur generalis appellatio: vt cum hominem aliquoties animal vocamus, aut iuſtitiam virtutem dicimus, & pium dicimus, qui omni virtute ac Chriſtiana fide eſt præditus. Secundò & à differentia ſumuntur appellationes, ſicut animus dicitur anima eo quod vegetat, Spiritus quod contemplatur, Senſus quod ſentit, Animus quod ſapit, Mens quod intelligit, Ratio quod diſcernit, Memoria quod recordatur, Voluntas quod vult. Sunt enim quoad ſubſtantiam eadem. Differunt autem eiuſmodi qualitatum conditionibus. Sic etiam flendi varia eſt differentia: Flere enim eſt lachrymas plangere, & eſt hominum tantùm. Lachrymare, ſiue lachrimari, eſt lachrimas effundere, & fit interdum ſine ſono, & transferetur etiam ad vites. Lugere eſt valdè flere, & eſt in luctu ac lugubri habitu eſſe ex obitu charæ neceſſariæq; perſonæ. Gemere eſt cum præ auguſtia ex pectore ſonus erumpit. Plangere eſt percuſsione ac verberatione pectoris, capitis, vultus aliorumue membrorum ſe dolore afficere. Plorare eſt voce flebili & effuſa dolorem ſuum operire. Atque hinc proueniunt ſpecies, vt: Animæ ſpecies ſunt: Anima, Spiritus, Senſus, Animus, Mens, Ratio, memoria, Voluntas, Fletus ſpecies ſunt: Lachrymæ, luctus, gemitus, planctus, ploratus. Odoris

boni

boniſpecies ſunt: Sapor, acor, nidor. Mali vero: Fætor, pædor, putor, rancor, ſqualor, ſordes, ſitus. Ac aliquoties eiuſmodi ſpecierum vocabulis promiſcuè vtimur.

Tum etiam à proprietatibus rerum fit denominatio, vt hominem à loquendi proprietate ſæpe loquacem, etiam locutuleium, item etiam dicacem, alias blateronem, blateratorem, aut etiam nugonem, nugatorem. Et ab edendo: Edacem, edonem. A bibendo: Bibacem, bibulum, bibonem, biboſum, bibaculum. Simili modo & ab officijs ſortiuntur, ſæpe varia ac multiplicia nomina, vt cum Ioannes dicitur Baptiſta, Lucas, Euangeliſta, atque etiam Medicus. Paulus Apoſtolus. Et Julius dictus fuit Tribunus: Quæſtor, Aedilis, Pontifex Max. Prætor, Conſul, Cæſar & Imperator, ſcilcet ab officijs, quæ ſubinde geſſerat. Nam ita poteſtatum & officiorum innumera fere extant nomina. Ad eundem modum artifices ſua accipiunt nomina, vt: Agricola ſiue Agricolator ab agris colendis, Ruſticus ſiue Ruricola à rure colendo. Colonus à terra colenda. Hinc ſunt denominationes Fabrorum lignariorum, ferrariorum, ſerariorum, aurariorum, argentariorum. Eiuſmodi denominationes fiunt aliquando etiam à reliquis accidentibus, velut ab actione & paſsione, Nam Deus dicitur Factor & Creator cœli & terræ. Et quæ facta ſunt, dicuntur facturæ & creaturæ, item opus manuũ eius. A tempore, ſicut habitacula quædã nominantur æſtiua aut hybernalia, brumalia, ſiue hyemalia: Item homo ab ætate infans, puer, adoleſcens iuuenis, vir ſenex, decrepitus. Sic adoleſcens dicitur Ephebus, & puella nubilis, apta, matura viro. Et ſæpe res pro

temporis

temporis varietate varia sortiuntur nomina, vt Hierusalem dicebatur primum Iebus, deinde Hierusalem, & post deuastationem Aelia.

A loco, vt qui apud Græcos dicebantur Philosophi, apud Persas Magi, apud Gallos Druydæ, apud Indos Gymnosophistæ, apud Aegyptios Sacerdotes. apud Hebræos Prophetæ, apud Latinos sapientes, & apud Assyrios Chaldæi nominabantur.

A situ, vt Hierusalem, à monte Zyon, etiam Zion appellabatur.

Ab habitu, vt Philosophus, Orator. Poëta, Musicus Theologus, Iurista, Medicus.

A forma & pulchritudine, vt cum aliquam nominamus, Venerem, Helenam: Aut etiam deformitate, vt cum dicimus aliquem esse Thersiten, Aesopum, Corytheum.

A figura, vt quando mensarios orbiculos à rotunditate orbes, siue à quadrata figura quadratas dicimus,. Sic mensæ etiam Tripodes dicuntur.

A cognatis, vt ab Aemylio cognominatur familia Aemylianorum, siue Aemiliani, ab Israël Israelitæ, ab Ismael Ismaëlitæ, à Iuda, Iudæi, &c.

A similitudine, ut vbi hortos appellamus Paradisos, puellas Veneres.

A contrarietate, vt cum bellandi exercituum bellum dicimus, quasi minime bellum, hoc est bonum. Aut quando per Ironiam aliquem vocamus Poëtam Musicum, Oratorem. Aut vt est in prouerbio; Tertius Cato, Octauus sapientum, Alter Hercules. Sic & à causis variæ & diuersæ sumuntur appellationes, vt à causa efficiente, Occisor, Necator, Interfector Trucidator, Homicida, Patricida, Matricida,

Fra-

Fratricida, Adulter, Mœchus, Mœchator, Pater, Genitor, Author sobolis, Parens, Mater, Genetrix.

A materia, vt à terra dicuntur homines terreni, terrestres, terrei, humei, quasi ex terra humoque facti Ianua ferrea: à literis, literatus, literarum peritus sciens, expers. Sic librum siue volumen vocamus codicem à materia, eo quod ex corticibus olim compingebantur libri.

A causa formali, sicut liber dicitur volumen à voluendo. Item fur dicitur Manticularius siue Manticulator, marsupicida, sacculatius peculator, suppilator, eo quod furando eiusmodi formis & modis vti solet manticulas enim attractat, vt furetur, ac inferens se confertæ multitudini, marsupia aut secat, aut artificioso dolo aperit, euacuat & pecunias aufert Tum à marsupijs secandis siue ab scindendis marsupicida dicitur, vocatur & saccularius à sacculis sub veste latentibus, in quos furtiuam rem reponit. Et peculator, quod aliorum bona furtiuè sibi peculia & propria, ac ad se pertinere faciat. Et suppilator ab eo quod clanculariè rapit. Sic negotiandi forma est, inire commercia, exercere commercia siue mercaturam mercare & contrahere commercia. Negotiator enim à negociando hisce formis vtitur: Primum enim init commercia, hoc est, aggreditur mercandi negotium. Deinde inter negociandum exercet commercia siue mercaturam. Tum qui vult mercaturam exercere, opus est vt mercetur, id est, Emat ac vendat merces. Postremo necesse erit vt emptas merces in vnum contrahat atque comportet, Et causa efficiens appellatur negociator,

negociator, exercens commercia siue mercaturam, mercator. Sic etiam vxoris ducendæ forma est: Contrahere, inire matrimonium, iungi fœdere matrimonij, copulari. sortiri coniugium, vinculis ingalibus sese innectere, ducere vxorem: Nam matrimonij copulatio est quodammodo contractus, In istiusmodi verò contractu, duo iunguntur ac copulantur fœdere matrimonij, atque ita demum sortitur, id est forte siue fato quodam acquirit coniugium, atque sese ita annectit vinculis iugalibus, ac postremùm ducit vxorem secum domum.

Pœnitentia siue pœnitendi forma est, duci pœnitentia, subire pœnitentiam, Agnoscere peccatum, errorem & culpam, Dolere, tristari, angi, cruciari propter peccatum, errorem & culpam. Timere, formidare, horrere iram, minas ac iudicium Dei, pœnas, cruciatus, ignes infernales ac mortem æternam. Nam qui penitet, ducitur quodammodo à vita impœnitente, ad vitam pœnitentem, ab errore ad veritatem, à peccato ad iustitiam. Et qui patitur ita se duci, is quodammodo subit iugum pœnitentiæ. Et id sit dum tandem incipimus rectè sapere, ac intelligimus agnoscimusque hactenus nos errasse ac peccasse, nos incidisse in iram ac iudicium Dei, ac meruisse æternum supplicium: Huc vbi ventum fuerit, tunc incipimus dolere, tristari, mœrere, angi, cruciari, ac omnibus modis affligi, tunc cor incipit timere, pauere, formidare, ac horrere iram, minas ac iudicium Dei.

A causa finali: Nam vbi tres causæ anteriores recto & iusto ordine præcesserunt, tunc sequitur finis rectus ac bonus. Sin minus, sequitur finis prauus, vt

vbi

vbi appellamus aliquem doctum, literatum, eruditum, gnarum, peritum, scientem expertumque. Nam is solet esse finis bonæ institutionis. Eodem modo quoties appellamus aliquem Poetam, Oratorem, Musicum, &c. contra qui nihil dicit, neque à quoquam institutus est, eum vocare solemus idiotam, indoctum, inertem, inexpertum, illiteratum, rudem, &c. Nam is finis comitatur eos, qui disciplinam aspernantur ac negligunt. Ita, candide lector, vides vnde fiat, & quibus ex fontibus proueniat, quod sæpe vni rei plures appellationes adscribãtur, & quod de vna eademque re plurifariam ac diuersis modis loqui soleamus, ita tamen, vt semper eandem & nullam aliam rem intelligamus, nempe si Dialecticos locos (quibus vnamquamque rem describere ac definire solet) probè consideraueris, in iustum ordinem tibi præscripseris, memoriæque mandaueris, tum sæpe vel ex singulis aut plerisque ex locis vnamquampiam vel denominationem, definitionem, vel descriptionem desumere, atque orationem tuam variare poteris. Nam hoc ipsum & Grammaticus & Dialecticus Rhetor agunt. Grammaticus enim, vbi tibi describit vocum significationes, ac vult tibi earundem significationem, rationem & causam reddere, tunc ducit suam rationem siue causam à quopiam istorum locorum & ait: Hæc res inde eiusmodi significationem habet, nempe à patre, à maioribus, ab eius auctore, ab officio, à loco, à situ, ab habitu, & tali forma, siue figura, a materia, propter hunc finem &c. Tum si inspicias, quos tradit Grammaticus varios loquendi modos, tum aduertes eiusmodi loquendi modos ex hisce promanare fontibus vt cum

dicit.

dicit. Dare negotium idem est quod mandare: Nam mandati causa finalis, est negotium, ita vt qui mandatum velit exequi, negotiosus sit necesse est. Dare palmam, idem est quod victoriam concedere. Palma autem signum est victoriæ, qui ergo palmam alteri præbet, significat eum victorem. Dare effectum significat expedire. Qui enim rem aliquam officit, elaborauit, absoluit, iam offert, dat ac præbet ei, cui debet. Emungere pecuniam, id est, extorquere pecuniam à similitudine. Facilius enim quispiam à quopiam è naso mucum emungeret, quàm è sene pecuniam adipisceretur. Obire munus est acceptare officium. Qui enim officium acceptat, videtur obire ingens negotiorum munus. Ita vbi libet, si modó animum aduertas, experieris in omnibus loquendi modis aliquam subesse causam. Sicut D. Erasm. Roterodamus in suis Chiliadibus, nihil aliud agit, quam vt doceat, vnde & quibus ex causis prouerbiorum sententiæ ortæ sint. Deinde & idem agit Dialecticus in suo dicendi genere. Nam postquam rerum conditiones ac proprietates per locos supra nominatos edocuit, tum inde porro reliquam suam, tractationẽ prosequitur. Docet enim inde conficere definitiones, diuisiones, propositiones & argumentationes. Et daturus alicuius rei definitionem, sumet eam aut ex rei essentia, aut à genere per species, aut per propria, aut ab accidentibus, aut à causis, aut officijs, aut membris, &c. Deinde ostendens definitionem, certitudinem veram Synonymiæ rationem tradit. Docet enim definitiones ac propositiones conuertendas, atque ita experiri an conuersa æquipolleant. Nam primum postquam rem aliquam docuit definire ex rei sub-

stantia,

ſtantia, tum definitionem docet conuertendam, hoc eſt, aut ſubiectum in locum prædicati, ac prædicatum in locum ſubiecti collocandum, aut ſignis aliquibus abiectis aliquo modo commutandum: vt, Potus eſt liquor ad bibendum aptus. Hac definitione data, iubet eandem definitionem tranſpoſitis vocabulis conuertere, ac ſic indagare, an definitio ſit vera ac certa, nempe ita: Liquor ad bibendum aptus eſt potus. Ecce iam habes Synonymiam, nam vtro modo efferas: idem ſonat: Sic auaritia eſt omnium rerum cupiditas, omnium rerum cupiditas eſt auaritia. Et ſic agit Dialecticus in omnis generis definitionibus.

Poſtremo etiam Rhetor, etiam ſi omnia ornatè, eleganter, amplificè ac ſpendide dicere ſtudeat, & omnem ſuam dicendi rationem, ad applauſum vel audientium, vel legentium inſtituat, tamen hiſce ſupra nominatis dialecticis locis, ceu fundamento nititur. Nam vtcunque rem amplificent, tamen cuncta argumenta ad huiuſmodi locos referri poſſunt, ſicuti illorum libri nobis multis & plenisſime tradunt. Huc facit etiam, quod Rhetores plurima de Schematibus, tropis ac figuris dictionum, locutionis ac ſententiarum præcipiunt. Huiuſmodi enim præceptionibus, nihil aliud agunt, quam vt nos erudire conentur, quam varijs modis ac figuris eandem rem nominare, vel eandem ſententiam efferre valeamus. Quare qui Synonymiæ ac orationis variandæ rationem perdiſcere deſiderat, is dicendi artes, hoc eſt, Grammaticam, Dialecticam & Rhetoricam quam diligentiſſime ediſcat. præcipue vero Dialecticam, & maximè ea parte, vbi locos proponit,

proponit, quibus rerum conditiones, proprietates, accidentia & cauſas explicat, quos quiſq; ſibi quàm familiariſsimè efficiat ac ita perdiſcat, memorieque commendet, vt eos ad vnguem calleat. Sic enim & Grammaticorum & Rhetorum præceptiones quàm dexterrimè intelliget, & ad dicendi facultatem commodiſsimam viam ſibi parabit. Tum etiam plurimum faciet ad Synonymiæ rationem, qua diſcet de vna re pluriſariam loqui, quos deinde loquendi modos ſibi quiſq; ad ſuũ vſum reſeruabit, quos poſteà ad quamuis cauſam pro rerum ratione ac circumſtantia accommodare poterit. Nam Synonymia & ratio variandæ orationis etiam eò valet, vt inde etiam vocum & orationis proprietas perdiſcatur. Vbi enim didiceris de vna re variè multiſque modis loqui, tunc iudicium eſt adhibendum, qua in cauſa, quo loco, quo tempore, apud quos, quiuis loquendi modus adhibendus ſit. Id quod quiſque vſu & exercitatione perdiſcet. Ad hæc non parum ad rem faciet, ſi ſtudioſus puer diligenter & aſsiduè verſetur in legendis bonis authoribus, ac in eis attendat & notet, quibus quiſque loquendi modis vti ſoleat, quo eorum imitatione etiam ſibi elegantem dicendi facultatem parare poſsit. Quamobrem, ſtudioſe lector, aliquot tibi in hoc libello ex bonis authoribus exempla propoſita ſunt, quibus & vti poſsis, & ad horum imitationem ſimilia & plura effingere valeas. Vale.

IO-

IONICI GEORGII Macropedii.

SI Heliconis puer optas iuga adire,
Neque opacas, neque olentes Aliorum.
Sed amœnam Pelegromi pete ſyluam.
Iter hàc eſt ad amicas tibi Muſas,
(Modò credas) Latias atque Pelaſgas.

HIERONYMI VERLENSI Gymnaſiarchæ Buſciducenſis Hendecaſyllabum.

SI quæris Latiæ puer loquelæ
Voces, dixite perſonare lingua,
Huc greſſus agedum citos moueto.
Hic vocum tibi cultior ſupellex,
Hic oratio mundior paratur.
Vnus tanta dabit libellus, huc tu
Vero nomine nuncupare ſi vis:
Cornu dicere copiæ licebit.

CORNELII DIESTEMII hexaſtichon in Syluam Synonymorum Symonis Pelegromij.

SYlua refrondeſcens foliis purgata caducis,
Vernas cum magno fœnore fundit opes.
Hunc age, flectè pedes, nemoris ſpaciare ſub vmbra,
Paſſim cum Latiis, Attica poma leges.
Hac inſiſte via quoquò dare vela peroptas,
Ad metam, certo tramite peruenies.

CARMEN DOMINICI Syluii medici Busciducensis.

SI studiose puer verborum diuite vena
Scribere tu carmen non sine laude paras.
Si scribenda tibi sit epistola docta, Latini
Sermonis larga fertilitate scatens.
Hunc eme, Pelgromius variis vir dotibus ingens,
Quem auctium dat mira dexteritate librum.
Quin, ne quid desit, tibi Graeca vocabula passim
Addit, vt assuescas scribere & Argolice.

IOHANNIS NEMII HEXastichon constans Hexametro & Iambico Trimetro.

VT philomuse puer Romanum pangere carmen
Queas, habeto hanc verbulorum copiam.
Vt quoque epistolium scitè conscribere possis,
Discenda adest vocabulorum copia.
Vt valeas etiam coniungere Graeca Latinis.
Smaragdinam hanc Pelegromii sylvam pete.

A

AN *Abbat*, vide *Biſhop.*

to Abaſh, to Fray, to Feare.

Conturbare metu.
Terrorem, metũ vel pauorem alicui aſſerre injicere, incutere & inferre. Terrefacere. Stupefacere. Obſtupefacere, obſtupere, obſtupeſcere, Stupeſcere. Stupere.
Terrere. Et faciunt geminos, enſis & vndametus.
Concuſſa pectora, animi turbati.
Dum ſtupet obtutuq́; hæret defixus in vnos.
Obſtupuit, ſteteruntq́; comæ, & vox faucibus hæſit.
Attonitus viſu ac voce deorum.
Attonitis inhiare animis.
Animo exterritus.
Obſtupuere animi. vide, *to Feare.*

Abaſhed, vide *Aſtonied.*

to Abate in a reckning.

Decidere partem, quod vulgo dicimus defalcare, detrahere, ſubtrahere, decurtare. Cic Tuam partem dimidiam, quemadmodum vis decidé.
Deducere partem, apud Afranium, pro demere de ſumma.
Deducere de rationibus.

to Abate in courage, vide *a Baſe minde*, & *Diſpaire.*

to Abhorre a thing, vide *to Loath.*

to Abide, to Suffer great griefes or paines.

Suſtinere, pati, ferre dolorem immodicum, grauem, acerbum, incredibilem, qui vix ferri poſſit.
Acutiſſimum capio, ſuſcipio, haurio, traho, dolorem.
Cruciatibus angor, conficior, excrutior, torqueor, vexor, perturbor, frangor, diſcrutior, diuellor, dirumpor, perimor, interimor, exanimor, opprimor, perdor.
Omnes mentis meæ partes dolor exagitat, diuexat, perturbat, aſſicit, grauat.
Concidit, cecidit animus ictu doloris, vi curarum, concurſu molelti arum labefactatus, conuulſus, percuſſus eſt.
Iaceo in mærore ac ſordibus.
Curis & egritudine maceror.
Contabeſco acerba ſolicitudine, graui cura, angore, ac mærore. vide, *to Suffer.*

to be Able, or May or Can.

Valere.
Poſſe.
Queo, Sal.
Poteſſe, apud Comicos.
Habere poteſtatem, facultatem.
Vires, vim habere.
Potens eſſe.
Viribus valere ad aliquid agendum.

Able, vide *Apt.*

not Able.

to Aboliſh, to Vndoe, to Diſannull, to Repeale.

Irritare. Irritum facere.
Caſſare. Infirmare.
Leges reſcindere.
Decreta ſcindere. Reuellere.
Inualidum reddere.

In nihilum redigere. Tollere.
Retexere. Reuocare.
Leges, tabulas reficere, frangere.
Abrogare. Antiquare. Abolere.
Annihilare. ἀπ ϵ ϱ ῶ.
Consuetudinem malam radicitus euellere. 8. distinct.
Inducere decretum, senatusconsultum. Sueton.
Inducere locationem, pro irritum facere contractum & abrogare. Cic. Hic ager omnis quoquo pacto coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.
Rumpere rogationes.
Edicta rumpere, apud Horat.
Errores crassos, cacoethes, abusus, supe. stitiones in ecclesia subnatas abrogare, tollere, expungere, corrigere.

Abolished, vide *out of Vse.*

Absolute, Perfect.

Perfectum. Absolutum.
Completum. Plenum.
Summum. Elaboratum.
Expolitum. Perpolitum.
Expletum omnibus suis partibus.
Omnes numeros habens, vt Stoici dicunt.
Detextum, id est, perfectum. Virg.

to Abstaine from meat.

Cibo parcere, Parcius Vti.
De cibo detrahere, Temperare, abstinere, moderare, vel ei cibum minuere.

Aboundance, Plentie, Store.

Abundantia. Exuberantia.
Multitudo. Affluentia.
Opulentia. Satietas. Plenitudo.
Copia. Luxus. Vbertas.
Prodiga rerum luxuries vel, ria.
Redundantia, quam vulgus superfluitatem vocat.

Aboundant, Plentifull.

Affluens. Profusus.
Abundans. πϱ ϵ σ τ υ ό μ ο ν.
Redundans. Superuacuum.
Superfluum. Superuacaneum.
Huber. Exuperans.
Copiosum. Cumulatum.
Dives. Locuples.
Supra vota sùppetens.

Aboundantly, Plentifuly, or Copiously.

Abundè. Abundanter.
Vbertim. Profusè.
Vberrimè. Dapsilè.
Affluenter. Satis superque.
Copiose. Affatim.
Largiter. Largè.
Locupletissimè. Cumulatim.
Cumulatissimè. Plena manu.
Pleno cornu. Ampliter.
Optime atque opipare. Plaut. Vide.

to Abound in great Plenty, to haue great store.

Abundare. πλ ο υ τ έ ω. Redundare.
Scaturire. Superare.
Superabundare. Exhuberare.
Superfluere. Profluere.
Affluere tam bonis quàm malis.
Copiam habere magnam & luculentam.
Supra modum quippiam possidere.
Circumfluere Cice. ad Att. 2.
Circumfluens gloria. Scatere.

Acceptable, vide *Deere, to Accompte or Recken.*

Reddere seu etiam facere rationem expensam.
Referre rationem seu impensam.
Impensam ad calculum reducere.
Computare. λ ί θ ο υ ς ϕ ϵ ϱ ϵ ι ν.
Calculum ponere seu rationem.
Supputare.
σ υ ν α ϕ ϵ ῖ ν α ι λ ό γ ο ν. in Euange.

Ratiun-

Ratiunculam reddere.
Ratiunculam ſubducere.
λόγον ἢ λόγους ἀποδίδοναι.
Sumptuum rationem ſubducere.
ἀναζολογιζεσθαι.
Calculare. Ratiocinari.
Ad Calculum reducere, Cicero.
Facere calculum.
Ducere rationem. λογίζεσθαι.
Subducere ad nummum.
Facere computationem, apud Aſco.
Dare calculum, rationem.
Rationem inire.
Ad calculos notare.
¶ Rationem rectè, ſcire ſubducere.
Rectam rationem colligere, *to caſt a true accompt*, conſtante ratione.

My Accomptes being caſt vp, I ſhall know my Loſſe.

Putatis, Supputatis, Ductis, Subductis rationibus rerum mearum, faciam, colligam, percipiam, perſtringam, conficiam, deprehendam, intelligam, ſentiam rei familiaris iacturam, Damnum, Detrimentum.

an Accompt, or a Reckning.

Ratiocinatio. λόγος.
Supputatio. Subductio.
Computus & computatio. vulgò dicitur, ſed minus latine.
Expenſarum ratio, apud Ciceronem eſt, ratio ſumptuaria.
Ratio dati & accepti, expenſi & accepti. Calculus.
Tabulæ accepti & expenſi.
Conficere tabulas, rationes in ordinem, quod vulgus dicit Regiſtrum facere, in quo ſcilicet accepti datique ratio notatur.
Expenſi, impenſiq; rationem deſcribere. *To write a reckening.*
Codex, liber rationarius. Regiſtrum vulgò dicitur. *A reckening booke.*

to ouerſee, or examine an Accompt.

Rationes diſpungere, ſignificat data & accepta conferre, excutere & examinare. Hinc diſpunctio pro diligenti examinatione percunctationeque accipitur, vt ſcribit Alciatus, quòd veteres ſoliti fuerint rationes quaſi data & accepta conſtitiſſent tranſuerſo puncto confodere. Rationes diu peractas abſolutiſque recognoſcere.

of no Accompt.

Nullius prætij, Infimæ conditionis, obſcuri loci, nullius ordinis.
Deſpectus, abiectus, contemptus.
Nulla maiorum laude commendatus, honeſtatus, nobilitatus.

a maiſter or auditor of Accompts.

A rationibus. A calculis.
Ratiocinator quem Cicero vocat calculatorem.
¶ Magiſter rationum Curiæ quem Contra rollarium vulgo vocant *Controllour*.

of one Accord, Conſent, Hart or will.

Vnanimis vel Vnanimus.
Concors. Conſentiens.

with one Accord and Conſent.

Vnanimiter.
Conjunctis ſententijs.
Concorditer.
Vna mente, vno ore. Pari voto & vno conſenſu, vno animo atque vna voce. Vide, *Conſent.*

to doe a thing with one Accord, or Consent.

Compositio rem gerere, agere, facere.
Ex pacto, ἐκ συμβάσεως, compositio, rem gerere.
Facere de compacto, apud Plaut.
Ex compositio, ἐκ παρασκευῆς &c.
Compositio factum est. Terent.
Nihil non ex compositio fecimus.
Pactum seruauimus. Plinius.

to Accuse one, or to laye to his Charge.

Aiguere aliquem furti pecuniæ interuersæ.
Dicam scribere vel impingere,
Crimen objicere, pro quo inferre crimen, Cicero dixit.
Crimen intendere.
Accusationem contra aliquem instituere.
Contra venire. Cice.
Crimen impingere, quod Græci ἐγκαλεῖν dicunt.
Δείξειν δ' ἐκεῖ κρίσιν &c.
Reum agere, Accusare, poscere.
Incusare. Culpare.
Insimulare. Sugillare.
Criminari. Deferre aliquem.
Aliquem in crimen vocare.
Furti aliquem alligare, agere.
Crimen conferre, conjicere in aliquem.
Crimina congerere.
Indicare reum.
Acquirere capite vel capitis, pro criminaliter contra aliquem procedere.
Similiter Accersere vel arcessere aliquem in iudicium capitis. Cic. vnde Capitis accersiri, *to Accuse of a deadly offence or crome, apud Plutarchum.*
Capitalibus criminationibus, mendacibus calumnijs capitis aliquem expetere.
Calumniari.
Crimenibus falsis insimulare.
Falsum crimen intendere in alium, *to Accuse falsly.*

not Accustomed to labour.

Nondum es assuetus, assuefactus laboribus.
Labores ferre, sustinere non consuetuisti, sensisti, tulisti.
In laboribus versatus, exercitatus rudis & insolens es.
Nondum tibi labor familiaris est.
Laboris impatiens. vide, *vronte.*

Acquaintance.

Noticia. Consuetudo. Conuersatio.
Coniunctio. Familiaritas. Vsus.

to Atchieue, vide *Ende. to be Acquainted or familiar with one, to be conuersant or keepe companie with.*

Agere consuetudinem, exercere.
Familiariter vti. Victitare.
Domesticam agere consuetudinem.
Versari. Conuersari.
Imperditissima iuuenum colluuione versari.
Commercium habere, seu rationem.
Vide, malorum commercio reddimur deteriores.

to enter an Action in the lawe against one: or to sue one in the lawe.

Citare in ius. Citare.
Litem mouere, apud Ciceronem.
Trahere ad iudicem, ad subsellia.
Per fora trahere.

Actionem

Actionem intendere, instituere, *to make his compliant.*
In ius ducere, trahere, vocare, rapere. ἐγκαλεῖν.
Obtorto collo in ius trahere, Hiero.
Educere inius. Litem intendere. δίκην λαγχάνειν.
Conuenire aliquem in ius. Ad iudicem vocare. Vocare in crimen.
In iudicium trahere, ducere. κατασπᾶν τινα εἰς ἀγῶνα.
Postulare aliquem iniuriarum.
Dicam alicui scribere vel impingere.
Molestissimis litibus aliquem involuere.
Odiosis aliquem diuexare litibus.
Diem dicere, vide *to Sue.*

an Act of parliament, vide *Commandement.*

Added, or Put vnto.

Adscriptus. Annumeratus.
Additus. Adscitus.
Accensitus. Lectus.
Receptus, relatus, positus, collocatus, recensitus, in studiosorum numerum, in amicorum album relatus.

to Adorne, vide *to Beautify.*
to Aduance, vide *to Promote.*
to Aduance learning, vide *Learning.*
to Aduenture vpon Fortune, vide *Fortune and danger.*
an Aduersarie, vide *Foe.*
Aduersitie, vide *ill Fortune.*
to Aduertise secretly, vide *to Warne and to put in Remembrance.*
Aduised, vide *Circumspect.*
by your Aduise, vide *Counsaile.*

to commit Adulterie.

Adulterare, & adulterari.
Mœchari. μοιχεύειν.
Mœchisare, apud Plautum.
Adulterium committere, inferre.
Sitientibus agris propijs, alienos irrigare metaphoricos.
Alienum arare fundum.
Ἀλλοτρίαν ἀρόσαι ἀρόσιν.
Cum alieni vxore rem habere.
Capere vsuram corporis vxoris alterius, apud Plaut.
Alterius thorum maculare, polluere.
Vxores aliorum futuere, permolere.

an Adulterer or cuckold-maker.

Mœchus, Adulter, Horat. Taurus dicitur.
Cuculus & Curruca, prouerbio dicitur, apud Iuuenalem & Plaut.
¶ Mœcha. Adultera. Succuba.
Alieno marito se subijciens.

Adulterie.

Adulterium. Mœchia. Furta.
Furtiui complexus.
Stuprum apud Quintilianũ & Plaut. pro eodem.

to Admonish, vide *Exhort.*
an Aduocate, vide *Attourney.*
Affabilitie, vide *Curtesie.*

Affection.

Affectus, Studium, animus, voluntas, Libido. vide, *Will.*

Affectuously.

Intimè, Cupidè, Ambitiosè.
Curiosè, Voluntariè, vel ò.

to Affirme, to Assure.

Adferere vel asserere.
Astruere efficacibus argumentis.
Certò dicere.
Polliceri pro affirmare, apud Cic.
συμβεβαίζειν. Asseuerare.
Affirmare. διαβεβαιῶμαι.
Instare factum Terent.
Ille instat factum.
Omni asseueratione confirmare.
Asseuerantius dicere.
Corroborare. Ratum habere.
Pleno ore affirmare, vt aiunt, nam
Veri periculum non ad me recipio.
Soli.

Afterwardes, or after this.

Postea. Postquam.
Postea quam. Poste. Vbi.
Postubi. Vt, Simulac.

Againe, Eftsoones.

Rursus & Rursum.
ἔπειτα πάλιν. Iterum. De.
Iterato in sacris literis. Secundo.
ἐκ δευτέρου. De integro.
A nouo vulgus dicit.
¶ Vicissim, per vices, vice versa.
ἐναλλάξ. Alternatim. ἀμοιβαίως.
Alternis. Alternè. παραλλάξ.
Nunc vnum, nunc aliud.

Against or Contrarie.

Contra, κατά cum gton.
Aduersus & aduersum præpositiones.
Præter, Terent. Præter ciuium morem atque legem. In cum accusatiuo.
Ad pro contra quoque ponitur.
Erga, sed sæpissime in bonam partem, quamuis etiam in malam reperiatur, apud Tacitum & Liuium.

to be Against or Contrarie.

Aduersari. Obsistere. Obstare.
Oppugnare. Impugnare.
Resistere. Obluctari. Reluctari.
Obniti. Reniti. Repugnare.
Contra stare.

Age, Time. Euerlasting. Perpetuall.

Aetas. Seculum. Aeuum.
Perpetuus, a. m. Sempiternus, a. m.
Sempiternitas.
Aeternus, a. um.
Perpetuitas Perpetuo, adverb.
Aeternitas. vide, *Olde.*

Aged or olde, of 12. yeares.

Annos duodecim natus est.
Duodecimum ætatis annum agit.
Aetas eius est duodecim annorum.
Duodecimum ætatis annum, non excessit, non egressus est.

the prime, the flowre of Age or Time.

Flores ætate, Integra, Firma, Valida es ætate.
Aetate viges, Validus & Firmus es.

of one, or like Age.

Coæuus. ὁμήλιξ. ἰσῆτης.
Coætaneus. Aequæuus.
Eiusdem ætatis, Eadem ætate.
Aequalis.
Collactaneus, simul lacte nutritus.
Aetate coniunctus.
Par ætate & annis.
Contemporaneus.
Synchronius. συγχρόνιος.

Aged

Aged, vide *Olde.*

to Agree, vide *to Conſent.*

to Agree with the time, to be euen, and iumpe with the world or Time.

Omnium horarum hominem agere.
Comparare ſe ad omnia.
Regionis moribus ſeruire, obſecundare.
Se moribus quorumlibet attemperare, accommodare.
Scire foro vti.
Seruire ſcænæ, occaſioni.
Polypi mentem habere.
πολυ ποδ' ἦν ἔχειν.
Rebus præſentibus, tempori, loco ſeſe accommodare.
Inſanire cum inſanientibus.
τοῖς μαινομένοις συμμαίνειν.
Vti foro. Tempori cedere.
Tempori ſeruire, pro tempore agere.
καιρὸν λατρεύειν, Phocyli.
Omnibus vel tempori ſe accommodare.
διαπαιδαγωγεῖν τ καιρὸν.
Oportunitatem expectare.
καιρὸν περιμένειν.
Neceſſitati parere.
Tempus ſpectare aptum.
Obſeruare temporis occaſionem.
Amiculum pro venti aptare flatu.

an Agreement or Concord.

Concordia. Mutua gratia. Vnio.
Conſentio. Pax. Publica, Tranquilitas. Voluntatum, ſtudiorum & ſententiarum ſumma conſenſio, Cice.
Conſenſus omnium rerum.
Idem velle & idem nolle.
Eodem animo eadem & ſentire & decernere.
Vnanimitas.
Vnus omnium rationum conſenſus.
Conſentiens voluntas.
¶ Concordia paruas res videas crẽſcere, diſcordia vero ſplendidas, maximaſque opes dilabi ac deflorere.
Concordia reſpub. omnis conſtat quantumuis parua, nec non opes conſeruantur maximæ, & augentur exiguæ: Contra factionibus & diſſidijs opulentiſſimæ quæque & celeberrimę ciuitates funditus excinduntur. Vide, *Promiſes.*

an Agreement of peace, vide *League.*

to Aide, vide *Helpe.*

the Ayer.

Aër. ἀήρ. Cœlum. Aether.
Iuppiter pro aëre apud poetas.
Aequor pro aëre apud Virgil.
Inane pro aëre apud Lucret.

a ſweete Ayer, vide *faire Weather.*

an Ale feaſt, vide *Banket.*

Aloft, vide *High.*

Although, Notwithſtanding.

Etſi. Etiamſi. Tametſi. Cum.
Vt pro quanquam. Licet. Acſi.
Quanquam. Quamuis. εἰκαί.

All, or euerie one.

Omnis. Totus. Cunctus.
Vniuerſus. Vnuſquiſque.
Quiſque. Singuli.

to Allure, to Intice, or to Winne one by faire meanes.

Allicere. ἀλλάζειν.
Allectare. ἄγειν, Cum gen.

Lactare. Illectare.
Varijs illectare lenocinijs.
Pellicere. Illicere.
Inuitare. Lenocinari.
Capere illecebris, blanditijs.
Attrahere. Excitare. Inducere.
Lactare mellita ſpe, delitijs.
Præmijs, allectamento inuitare.
Signo quaſi dato inuitare.
Omnibus modis allicere.
Ducere quoque pro allicere, ineſcacare, ac delectione quadam, oblectamentiſque demulcere ponitur.
Delectare à delicere, ſicut allectare ab allicere eſt attrahere.
ἐφέλκειν.
¶ Attrahere in naſſam. Ineſcare.
Innectere. Impedire.
Inuiſcare, illecebris circumuenire.
Illaqueare tricis. Irretire, *vide Flatter*

pleaſaunt Allurements or Inticements.

Allectamenta. Incitamenta.
Inuitamenta, quæ vulgus Irritamenta vocat.
Illecebræ. Blanditiæ.
Illectamenta, ἀγωγίμα.
Blandimenta. Demulſimenta.
Illecebra ſingul. Lenocinia.
Illicia plurale ab illicium, apud Ciceronem. Viſcarium. Ambro.

an Allurer, an Inticer, or Flatterer.

Illex, Illiciens. Illecebroſus.
Allicens. Allectinus. ἀγωγός, *vide Flatter.*

an Almonde.

Amygdala vel amygdalum.
ἀμυγδάλη.
Nux Thracia. Nux Græca.

Almoſt, well neare.

Penè. Propè Ferè.
Prope modum. Fermè. Propediem.
μικροῦ ὀλίγου. Quaſi.
Tantum non, apud Etaſ. Suet. Liui. Vale. frequens.
Parum abeſt. Minimo minus.
Paulò minus, ante penultima acuta pro eodem frequens in ſacra Scriptura, & apud Suetō.
Admodum, pro ferè apud Liuium.
Iam initigati admodum animi.
Modò non, pro fermè apud Terent.
Plerumque aduerbium.

All ouer, vide *Enery where. Alteration of ſtate,* vide *my ſtate is altered.*

to Alter or Change as olde faſhions or cuſtomes are changed.

Exolere. Exoleſcere.
Inueteraſcere. Mutari.
Contabeſcere.
Obſolere & obſoleſcere.

an Altar.

Altare. Altarium.
Ara. βωμός.

Altogether, vide *Vtterly. Alwayes, Day and night, Continually, without Ceaſing.*

Die ac noſte. Nocte dieque,
ἄπαυστος νυχθημερόν.
Semper, omnes per annos.
Diu noctuque. Noctes & dies.
Tempus in omne.
νυχίως τε ἠμάτια. Continenter.
In æuum. Æternum.
Aſſiduè. Indefeſſe. Continenter.
Inceſſanter. Indeſinenter.
In perpetuum
ἀφθόνως.

Nullo

Nullo puncto temporis intermisso.
Ne punctum quidem temporis respirando. Sine interpellatione,
Sine intermissione.
Ne minimam quidem moram interponendo. Citra respirationem.
Protinus, apud Virgilium.
Perpetuo. Iugiter.
Nunquam non. Nihil aliud quam
Infatigabiliter. Irrequieto labore.
Noctibus continuare dies.
Ne genu quidem flexo.
ἀδὲ γόνυ κάμψας. Prouerb. pro sine omni intermissione, *without ceasing.*

Ambassadours, vide *Posts.*

Ambicion, or a Desire of glorie.

Ambitio & Ambitus media correpta. Sitis famæ.
Sitis impotens honesti.
Studium, cupiditas honorum, imperiorum.
Goriæ appetentia. apud Ambro.

Ambitious, or Desirous of glorie.

Appetens, auidus, cupidus, fameli-cus, gloriæ, famæ.
Sitibundus, Esurientissimus laudis.
Immoderatè appetens honores.
Ambitiosus φιλότιμος.
Honoris potentiæve cupiditate inflammatus.
Non alienus ab ambitione
Cuius iuuenilem obsedit animum gloriæ febris vel sitis.
Sitientissimus laudis.
Magnarum pōparum amantissimus.
Laborans ambitione.
Thraso. φιλόδοξος.

to be Ambitious, or to Seeke after glorie or praise.

Captare laudem. φιλοφρονεῖσθαι.
Affectare, venari gloriam.
Gloriæ inhiare.
Seruire gloriæ & propriæ laudi.
Vacare populari auræ aut gloriæ.
Honoris cupiditate titillari.
Aurem captare popularem, fauorem, gloriam mortalium inanem.
Populares ambire honores.
φιλοτιμεῖν. Ambire munia.
Petere, prænensare honorem.
Honorum, gloriæ cupiditate, siti, fame teneri, illici, capi, duci.
Ferri ambitione.
Expetere, aucupari famam.
Ambitione auræ popularis teneri.
Conflare populares honores, est vulgi commendationes & fauorem vndecunque captare.
Imperitorum hominum rumusculos aucupari. Cicero.
Duci gloria. Cicero: Si quis honore ac gloria ducitur.
Ex laude pendere.
Aucupari gloriam, gloriolam.
Immodicis studijs ad honores contendere.
Laborare ambitione, cupiditate honoris. Honores petere.
Inanes flare glorias.
Gloriolæ afflatum captare.
Gloriam appetere vel expetere, quærere. Honorem affectare, apud Sal. Honorem velificari apud Ciceronem contra Rul.
Pendere à multitudinis aura.
Applausum captare humanum.
In honorem quærendo totis viribus incumbere.
Non ego ventosæ plebis suffragia venor. Horat.

to Amble.

Tollutim egressus glomerare.
Alterno crurum explicatu glomerare gressus.
Alipedes. πλευρόποδες.

an Amling horse.

Gradarius

Gradarius, gradatim incedens, vestigia modicè ac volubiliter tollens. διὰ βημάτων.

Asturco, ab Asturea oppido Hispaniæ, Teldones apud Plin. Asturcones.

Manus, idem quod Gradarius, quasi ad manum manſuefactus: apud Horatium & Eraſmum, alij aliter ſcribunt.

Tollutarius à tollendis & glomerandis pedibus latinis dicitur.

Tolluterius à Seneca vocatur.

Gygerius, equus pumilus, apud Strabonem.

Manulus, equus pullus, diminut.

to Amend, to Correct.

Corrigere, Caſtigare.

Emendare. Elimare.

to Amende his life, or to Turne to grace, and repentance.

Reddere bonam frugem.

Ad bonam frugem ſeſe recipere.

Conuerti ad meliorem frugem.

A corruptiſſima vita conuerti.

Exuere vetus vitæ genus.

Excuſſo vitiorum iugo ad emendatiorem reſurgere vitam.

Vitæ caſtigatioris propoſitum ſumere. Recedere a vitio.

Euadere ad bonam frugem.

Viuere emendatius.

Ad ſalubriora conſilia animum appellere.

Reparare.

Expiare ſcelus.

Redire ad meliorem vitæ frugem.

Benefactis penſare delictum.

Redimere culpam præteritam. Cic. pro egregio facto compenſare.

Facere finem peccandi, vitiorum.

A voluptuoſa ad frugi vitam redire.

Sordes humanæ fragilitatis gratia pœnitentiæ emaculare.

Ex abyſſo emergere peccatorum.

to make Amendes, vide *to Recompence.*

Amiſſe, vide *Ill.*

to doe Amiſſe, vide *to offend and to Sinne.*

Amitie, vide *Friendſhip.*

Anger, Wrath, Furie.

Ira. Rancor. ὀργή.

Iracundia. Stomachus.

Bilis. Angor. χόλος.

Indignatio. Excandeſcentia.

Animi efferueſcentia.

Animi pluraliter. Pone animos.

to make one Angrie, or to Prouoke one to wrath.

Mouere. Habere ſtomachum.

Bilem alicui mouere.

Ad iracundiam prouocare.

Ciere aliquem. Mouere ſimplex.

Ad iram prouocare.

Iras induere, colligere.

Turbare alicuius animum.

Lacéſſere quempiam, amaricare.

Exacerbare. Irritare.

Aſperare. Exaſperare.

Exagitare. Infeſtare.

Iratum reddere. Incendere.

Exurere ira,

Accendere cum accuſatiuo.

Bilem concitare, concire, commouere alicui.

Aggregare. Arrigere iras.

Inflammare aliquem verbis, excitare ad iram.

Acuere furorem.

Offendere. Lædere.

Animum accendere, incendere.

Stomachum facere, apud Cic.

Exulcerare alicuius animum.

Incenſum dare, pro iratum facere Terent.

Angrie, or displeased.

Iratus. Infensus. Iracundus.
Ira commotus, affectus, agitatus, adductus, inductus, impulsus, incitatus, actus, accensus, inflammatus.
Stomachabundus.
Iracundior Adria, qui irritabili est ingenio, *very Angrie.*
¶ Iracunde, cum ira, inflammato ore, ardentibus oculis.

to be Angry, vide *to Chafe.*

Angred, vide *Chafed.*

to represse or stay his Anger, or Furie.

Iram, iracundiam reprimere, temperare, mitigare, cohibere, refrenare, concoquere, ponere, mulcere.
Stomachum ob rei indignitatem efferuescentem ratione cohibere.
Stomachum tenere. Horat.
Comprimere æstus iracundiæ.
Rationis moderamine reflectere iræ appetitum.
Placare animos.
Iracundiam pessundare, Plaut.
Iræ modum seu frenum ponere.
Adhibere modum vel moderationē.
Dare locum iræ, apud Paulum ad Roma. 12.

to Animate, vid. *Encourage.*

Any.

Aliquis. Vllus. Quispiam.
Quisquam. Quinis. Alius.

Anon, vide *Out of hand.*

to Aunswere, or to make an aunswere.

Respondere.
Responsum dare, reddere. Iactare.
Ἀποκρίνειν.
Verbum proloqui. Terent.
Dare orationem, pro respondere Plauto frequens.
Subjicere absolutè.
Labra resoluere ora, Renarrare.
Subseruire orationi, apud Terent.
Reddere vocem sonos verba.
Inferre. Tangere verba verbis.
In verba prorumpere.
Suspicere apud Virgil. & in Euang.
Dicere cum ablatiuo & præpositione pro, vel cum accusatiuo mediantibus præpositionibus in vel ad.
¶ Ad rogata respondere aut spondere, simplex pro composito apud poetas.
Excipere, Referre, verba, dicta.
Ad rem, congruenter, πρὸς τὸ πρᾶγμα, id est, ad verbum respondere.
¶ Respondere præter rem.
Nihil ad rem. Non ad rem loqui.
Responsum alienum à proposito dare, *an Aunswere, but not to the purpose.*
παραφθέγξασθαι, ἀπροσδιόνυσον. παραφθέγξασθαι, λῆρον.
De alijs loquenti, respondere decœpis.
¶ Ferre, accipere responsum, *to receaue Aunswere.*
Cice. Cumbà me id responsum tulisset.

Apart, vide *Priuily.*

Apothecarie, or Grocer.

Vnguentarius. Myropola.
Odorarius. Aromatarius.
Aromatopola. Pharmacopola.
Medicamentarius. Herbarius.
Pigmentarius. Myrobiecharius, apud Plaut.
Apothecarius. Μυροπώλιον.

an Apothecaries, or Grocers shop.

Aromataria taberna.

Pigmen-

Pigmentaria, vnguentaria officina. μυροθήκιον.
Myropolion. Pharmacotheca.
Apotheca vulgo dicitur, tametsi proprie sit apotheca repositorium, reconditorium granorum.

to Apparell, to cloath, to put on a garment.

Ornare. Vestire. Induere.
Amicire. Comere. Colere. Vide, *to Cloath.*

Apparell.

Apparatus. Amictus. Amiculus.
Ornatus. Vestis. Vestitus.
Cultus. Vestimentum.
Iudumentum. Induuiæ.
Exuuiæ. Spolia.
Pexa toga, *a Frisadowne, or Irish gowne.*
Vestis defluxit ad imos pedes.
Arte laboratæ vestes, ostroque superbo.
Vestis insignis auroq; rigenæ.
Picta croco, & fulgenti murice vestis
Illum vestis serica tegit.
Vestimenta fluxa vel laxa, *Loose, large or vnfit apparell.*

Appeased, vide *Asswaged.*

to Apply.

Applicare. Vacare. Incumbere.
Insistere. Instare. Insudare.
Inuigilare. Operam dare, nauare.
Animum adiungere, applicare.
Deditus, intentus, mancipatus esse.

to Appoint, vide *determine.*

to Appoint a day, vide *Day.*

to Approue, vide *of one Consent or Opinion.*

to Approue by reason, vide *to declare or shew.*

to Approach, to Drawneare vnto.

Ingruere. Impendere.
Imminere. Non longe abesse.
Subesse. Hyems subest.
Capiti impendere.
Instare. Adesse.
Appetere. Venire. Cominus ire.
Aduentare. Salustius.
Comitiorum dies aduentabat.
Obrepere. Appropinquare.
Admouere se propius.
In foribus esse, vel in limine.
Pulsare fores. Propinquare.
In cardine versari.
Impropinquo esse. ἐγγίζειν.

an Apron.

Succinctorium.
Semicinctium, apud D. Hieronymum
Supparus vel supparum, ἀπρικάριον.

Apt, Meete, Proper, Fit, Conuenient, Sufficient, Profitable, Able.

Appositus Commodus.
Sufficiens. ἱκανός.
Natus aptúsque. Cice.
Assentaneus. Aptus. Vtilis. Bonus.
Idoneus.
Habilis. Consentaneus.
Conueniens. Congruens.
Congruus. Accommodus.
Accommodatus. Respondens.
Non inconueniens.
Fœlix, fœlix ad literas. Concors.
Maturus pro idoneo. Quadratus.
¶ Habilitas. Aptitudo. *Fitnesse,* vide *Fine or Fit.*

to Aray, vide *to make foule.*

an Arbitrour, or an Vmpyre.

Mediator.

Mediator. μεσίτης.
Sequeſtrator. Sequeſter.
Pacificator. Pacator.
Reconcilitator. Interuentor.
μεσίτευω.
Author concordiæ. Arbiter.
Qui regit & dictis animos, & pectora mulcet.

to take an Argument.

Argumentum elicere, colligere, Trahere, Capere, Venari.
Capere inſtitutum. Cice.
Sumere thema. θέμα λαμβάνειν.

Ariſe, vide Stand vp.

the Arme-hole, the hole vnder the arme.

Axilla. πτερύγιον.
Ala. Axillæ, arum.

to Arme, to Harneſſe or take Weapons.

Armare, Conſurgere in Arma.
Armis ſe Inſtruere, Circumdare.
Arma Capeſcere, Genere.
Diſponere entes & ſcuta.
Accingi armis, ad Arma cogere.
Arma Parare, exercere.
Furor Arma miniſtrat.
In armis eſſe.

to Arme, to lay down Armes or Weapons.

Arma exuere ponere, deponere.
Prælia relinquere.
Scuta & Arma demittere.

an Army or Hoſt.

Exercitus. Cohors. Manus.
Phalanx. Caterua. Turma.
Agmen. Spira. σπεῖρα.
Cuneus. Acies.
Armatæ Phalanges.
Copia pro exercitus multitudine.
Legio. τάξις.

to Arriue, to Come to the Hauen, Port, or Land.

Apellere ripæ, Oris.
Tangere, prémere locum aliquem Venire in Portum.
Tellure potiri, Portum petere.
Ad littora tendere.
Carinæ littora tangunt.
Rates armi inferre.
Claudum ad littora torquere.

to aſſemble, to gather or leuie an Army.

Contrahere copias, milites.
Colligere militum manum.
Conſcribere exercitum, militem, cohortem, milites.
Milites conquirere.
ἀνδρολογεῖν ἀνδρολογίζειν.
Cogere, facere, parare manum.
Facere gregem. Saluſt.
Facere agmen. Hiſtorica ſunt.
Cogere exercitum, copias, agmen, equitatum milites, ſeu congregare.
Scribere exercitum, milites, copias.
Comparare, conflare, contrahere, comicere exercitum. Virgilius: contrahimuſque viros.
Ingentes Marcis contrahere turmas.
Facere exercitum. Cicero.
Colligere copias, exercitum.
συγκεῖσθαι δύναμιν.
Aciem ſtruere.
Cogere in prælio milites, æratas acies. Virgilius.
Augere auxilia eſt militarem gregem facere copioſiorem.

to Arreſt one, to lay handes on one.

Capere. αἱρῶ. Captiuare.
Manus adſerre, inferre.
Corripere. Cice. in Ver. Actum. 7. Hominem corripi ac ſuſpendi iuſſit ex oleaſtro.
Prehendere. Comprehendere.

Manus

Manus injicere, manicam, catenas.
Obtorto collo in vincula ducere.
Intendere vincula collo.
Collum obstringere. Soli.

Arrogancie, vide *Pride.*

Arrogant, vide *Proud.*

an Arrow, a Bolt or Dart.

Iaculum. Spiculum. Telum. Missile. Sagitta. Hastile.
Catapultæ. Tragula.
Arundo, & calamus metaph.
Aclydes, apud Virgilium.
Coriscus, apud Nonium.

the Arse.

Anus ani Podex.
Culus.
Sedes à Plinio frequenter ponitur pro ani circulo & podice.

Arsiuerse, Ouerthwart.

Præposterus.
Peruersus.
Inuersus. Prauus.

Artificer, a Crafties man, a man of Occupation.

Artifex Mechanicus.
Manualis operarius. Opifex manuarius.
Operarius. Sedentarius.
Manibus sumptum exercens diurnũ, apud Ambro.
Ex manibus viuens.
Manibus victum sibi quæritans quem vernaculum manum quidam vocant.
Ex labore, manuum operâ viuens.
Artem mechanicam exercens.

Artes or Sciences lack their due honour.

Artes merito honore carent, non, vt deberent honoratæ sunt.
Non quanti deberent æstimantur.
Non quo deberent, quo æquum esset, loco sunt.
Non quem debent locum obtinent.
Non admodum in honore sunt, dignitatis, existimationis, honoris, loci non habent satis.
Exigui parui pretij sunt, haud magni reputantur bonæ artes, bonis artibus honor non est, locus non est, honor non tribuitur.
Bonæ artes honore vacant, dignitate carent, non coluntur, iacent, minime vigent.

Artificially, vide *Exactly.*

Artillerie, Cannons, Guns.

Bombardæ, aut (vt alij volunt) Boardæ, à tono, grandes & paruæ.
Tormenta ærea, horrisona.
Machinæ æreæ, saxa rotantes, turrifragæ.
Balistæ à nonnullis dicuntur tormenta muros concutientia.
Quarum species sunt Falcones seu falcunæ quas Germani Cartunas vel Murifragas.
Galli Canones duplices vocant, *double Cannons.*
Serpentinæ seu serpentes violenti, quas Cartunas simplices vocant.
Serpentinæ mediæ. Falconetæ.
Porrò ampliores sed breuiores sunt quadratæ Bõbardæ igniarios globos iaculantes, & Mortari qui globos vlnæ diametrum habentes emittunt, quibus recta & domorum pauimenta perforant hostes, vrbis interiora impetentes.
Ignium eiaculatrices.
Sclopi quos pedites ferunt, Manuaria vel Martialia tormenta pedituin scilicet.

As, vide *that.*

As I thinke, vide *Thinke*.

As ſoone as.

Vt primum. Vbi primum.
Cumprimum. Quamprimum.
Statim vt. Iam vt. Cito vt.

As though.

Perinde acſi. Haud ſecus acſi.
Eque acſi. Non minus acſi.
Non aliter acſi

As, Like as, Euen as.

Velut. Veluti. Vt. Vti.
Quaſi. Tanquam. Ceu.
Perinde ac. Sicut. Sicuti.
Ita. Acſi ὥς. ὥσπερ. Quemadmodum.
Cum vel quam temporis aduerbium quando, vbi.

As men ſay, vide *Say*.

to be Aſhamed.

Erubere. Erubeſcere.
Verecundari. Confundi.
Pudet. Piget. vide, *to Blush*.

to Aske, demaund, or Inquire.

Rogare. Interrogare.
Requirere ab aliquo.
Quærere. Sciſcitari.
Scitari oracula. Phœbi. Virg.
Referre rem ad ſenatum, eſt ſenatorum rogare, interrogare ſententiam.

to Aſſay, vide *to Attempt.*

to Aſſaile, to Inuade, to ſet vpon the enemie.

Impetum vel inſultum facere, in hoſtem, in hoſtium equitatum. λοιλάτειν.
Incurſare, incurrere In hoſtem.
Ruere in hoſtes.
Incurſionem facere.
Omni conatu inuadere.
Cominus cum hoſte congredi.
Clypeo impetum facere & haſta. ἐπορούειν σὺν ἀσπίδι ἀκόντι μαχεσθ. apud Homerum.
In medium legionis curſu concito ſe proripere.
In confertiſſimos hoſtes incurrere. Saluſtius.
Medium penetrare agmen.
In confertos hoſtes ruere.
Inuolare, Irruere in hoſtem.
Irruptionem, impreſſionem facere.
Infeſtare. Inuadere.
Aggredi. Adoriri. ἐπιχειρεῖν.
Impetere hoſtem. συμβάλλειν.

an Aſſault.

Vis, impetúſque militum, Irruptio.
Inſultus. Acceſſus, incurſus violentior.
Aciei ruentis impreſſio, quam vocat Cicero Appulſum.
Militum cuneatim incurrentium impetus. προσβολὴ.
ἀγὼν ἐπ. προσβολῆς.

to giue an Aſſault, to Set vpon.

Impetere. ἐπιχείρειν.
Incurſionem, inſultum facere.
Impetum extremarum facere virium
Impreſſionem, irruptionem facere.
Violenta manu inuadere.
Vrbem concitatius oppugnare.
Admouere machinas omnes.
προσβάλλειν. Oppugnare.
Scalas muris adhibitas aſcendere.
Foſſas congeſta terra opplere.
Expugnare, pro oppugnare in ſacris literis ponitur.
Impetum facere. πηδᾶνειν.
Incurſu, impetu, impulſu, acceſſu, violentiori.
¶ Contra, Hoſtes defendere, *to Repulſe the enemie.*
Repellere, propulſare. Gell.

Hoſtes

Hostes defendebat à pinnis facillimè.
Depellere insultum.
Pellere, depellere, propellere, propulsare hostes mœnibus.
Exercitum feruenti oleo reprimere,
Sulphureum picaumque ignem eiaculari in ascendentes scalas.

an Assehead, vide *Dullhead.*

to Assemble things togither, vide *Gather.*

to Assemble, or gather all the power togither.

Vires in vnum contrahere, conferre, colligere.
Cogere ad Arma viros.
In arctum cogere, in angustum contrahere copias.
Reliquias agminis colligere.
Copias supplere.
Congregare manum virorum.
Instaurare belli reliquias, vires.
Redintegrare copias, vires, bellum, prælium.
Certamen rursus experiri.
Collectis copijs bellum instaurare.
Iterare pugnam, Mauortis opus alacrius redintegrare.

an Assembly of people or men, vide *Congregation, and Multitude.*

to Assiege, vide *Besiege.*

to Assist, vide *Helpe.*

to Aske.

Rogare. Interrogare.
Rogitare. Petere. Poscere.
Postulare. Flagitare. Inquirere.
Exquirere. Percontari.
Stipulari. Scisciteri.

to Assure, vide *to Affirme.*

Assuredly, vide *without Doubt.*

to Asswage thirst, vide *Quench.*

to Asswage, vide *to Lesson, and Pacifie.*

to be Asswaged, Mitigated, or Appeased.

Vt tempestas, ventus, flatus, fluctus,
Sopiri. Consopiri.
Consilere. Consilescere.
Concidere, apud Horat. Concidunt venti, subsidere fluctus.
Placare, Temperare, æquora.
Residere. Remittit se ventus.
Mare quoq; dicitur mitescere quando cadunt ventorum procellæ flatus aurarum quiescunt, motus procellosæ tempestatis subsidunt.

Astonied, or Abashed.

Stupidus. Perplexus.
Attonitus. Consternatus.
Perculsus. Confusus animus tantæ cogitatione rei. Exanimatus.
Oestro percitus prouerb. Incertus.
Οἴστρῳ παραπλήσιος.
Stupefactus. ἐμβεβροντημένος.
Animo attonitus, consternatus.
διαπεπληγμένος. Perturbatus.
Gelidus cui pectore manat Sudor, & è subito membra stupore pauent.
Frigidus Horror membra quatit.

to be Astonied.

In extasim rapi.
Mente concidere. Cicero.
A seipso digredi.
Ad sensum communem obstupuisse dicitur, qui extra se positus est.
In extasi, extra se esse.
Excidere sibi dicitur quisquis à corporis sensibus abripitur.
¶ Non esse apud se.

Alibi viuere animo, non in suo corpore. Peregrinari animo, vide *to Sound.*

At the last.

Tandem. Demum. Postremo. Postremum. Denique. Nouissime.

to Attempt, to Assay, to Proone, to Trie, to Goe about.

Experiri. Periclitari.
Periculum facere. Probare.
Experimentum sumere, facere.
Capere Experimentum.
κίνδυνον ποιεῖσθ. Iacere aleam.
Magno pecuniæ sumptu tentare rem aliquam.
Nihil intentatum, inausum, inexpertum relinquere.
Fuluum spectatur in ignibus aurum.

Attendance, Seruice.

Opera. Obseruantia. Famulatus.
Obsequium. Ministerium.
Seruitus. Famulitium.

an Attourney, an Aduocate.

Aduocatus. συνήγορος.
Causidicus. Patronus causarum.
Syndicus.
Actor causarum fori litigiosi.
Rabula forensis seu fori iudiciarij.
Assiduam dans operam foro.
Fori vaframentum.
Litium prorelator.
Tritus in rebus forensibus.
Vafricias fori percallens.
ἀσκεπτομμανὴ ἀγορᾶς.

to Attribute, vide *to Impute.*

Auncient, vide *Olde.*

to be in Authoritie.

Authoritatem habere, obtinere, est potestatem habere.
ἐξουσίαν ἔχειν.
Tribuere alicui authoritatem magnam. Vide *Esteeme.*

to Augment, to Increase, to Multiply.

Exaggerare. Augere. Adiungere.
Ampliare. Adjicere. Augescere.
Attexere. Apponere.
Adnectere. Addere.
Accrescere. Exaugere.
Multiplicare. Amplificare.
ἐπεραυξάνειν.
Tragicè, cum amplificatione narrare, Queritari.
Augmentare. Coaugmentare.
Locupletare. Aggerare.
Rem paruam verbis facere magnam.
Adaugere, apud Cice. Hæc signa adaugent suspitionem.
Auctiorem reddere, Cice.
Qui hæc ex minimis tanta faciunt, amplificare.

an Augmentation, or Increasing.

Amplificatio. Augmentatio.
Accretio. Auctarium.
ἐπίδλημα. Amplificatio.
Accessorium. Appendix.
Adiunctio. παρένθηκη.
Annectio. Adiectio.
Additio. Accessio. Cumulus.
τὸ παίρεργον, ἐφεδύκη.
ἐφέδυμα. Augmentum.
Additamentum. Corollarium.

an Augre, Wimble, a Piercer.

Terebrum. Terebellum. τρύπανον.
Terebra. τρυπάνη.

to Auoide, vide *Escape & Eschue.*

Author of Euill.

Auctor, causa, Origo, Principium, Initium, fons malorum tu es.
A te hæc mala, incommoda, calamitates, acerbitates, infortunia, damna, detrimenta, pernicies, exitium, rerum euersio fluxerunt, manarunt.

to Awake, to Raise from death to life.

Suscitari. ἀναζωπυρεῖν,
Resuscitare. Viuificare.
Vitæ restituere. Ad vitam reuocare.
Recreare. Excitare.
A mortuis excitare.
Animas excire sepulchris. Virg.
Defunctis vitam reddere, restituere.
Putre cadauer in vitæ nouitatem restituere. Dare viuis.
Vitam vel vitæ reddere.
Reddere aliquem viuis.
Superas ad auras resuscitare.
Astantium oculis exhibere rediuiuũ. Reddere viuendi functionem pristinam. Mortuum suscitare.
Vocare è sepulchro.
Arentia deploratáque ossa vitali flatu animare. Eras.
Mortua corpora renouare.
Facere reducem ab orco in lucem. Teren. in Heauton.
Exire in lucem.
Ad lumina surgere.
Excitare, reuocare ab inferis.
Umbris infernis.
Animam euocare orco.
A Stryge vitales reuocare ad auras apud Mantuanum.
Recens demortuum vitæ denuo dare.
Resuscitare corpus in vitam nouam.

to Awake one, vide *to Waken.*

Azure colowre, vide *Blewe colour.*

B

a Babe, vide *Child.*

a Bable, or Trifle, a Thing of small value.

Res parua, leuis, nihili, Flocci. Pili. nullíusque momenti, valoris, ponderis.

a Babler, a Pratler, a Chatterer, a Iangler.

Loquax. πολυλόγος.
Immodicè loquax. Linguax.
Impendio loquax, Loquaculus.
Dicax. Dicaculus.
Bene linguax Eras. Linguaculus.
Garrulus. Rabula.
Immodicus in verbis.
ἀμαθόγαρυς λαλός, Gerro, onis. Inani verborum sonitu aërem verberans.
Lingua effreni. ἀδυθόγλωσσ.
Vaga diffluens verbositate.
Caute, littore, turture, Dodonæo ære loquacior.
Longos logos faciens.
In re non magni momenti verbosa, vtens præloquutione.
Sinistra garrulitate corrumpens.
Quorsum hæc tam putida tenduntᵉ
Apud Horat.
Homo bombylus, prouerb.
Architæ crepitaculum.
Dodonæum æs. Battologus.
Multi sermonis, strepitus.
Locutuleius. Multiloquus.
Verbosus. Futilis. Spermologus.
Fusus, profusus in verbis.
Blatero. Blateraror.
Balatro, *& vide Tel-tale.*
¶ Et id vitij, Garrulitas, Loquacitas. Inanis quædam profluentia loquendi, *Babling.*

to Bable, vide *to Speake foolishly.*

Babling

Babling is no eloquence.

Verbositas, prolixior, longior, veriorque oratio, non est eloquentia.
Qui diutius Loquitur, Longiorem habet sermonem, Plura verba effundit, facit, is eloquentiam non possidet.

to Backbite, to Sclaunder.

Mordere à tergo. Traducere.
Rem linguis veneno tinctis gerere.
A tergo pinsere. Perstringere.
Venenatis pungere aculeis.
Genuinum frangere. Derogare.
Acerrimos inuidentiæ stimulos alicui excitare. Linguis veneno tinctis confodere., lancinare.
Obtrectare. κακῶς ἀγορεύειν.
Inimicè lacerare. Morsibus prostituere. Pellem caninam rodere.
Procul allatrare, coram ne verbum quidem. Mordere Cynica petulantia. Linguæ vibrare spiculum.
Incessere, impetere lingua.
λοιδορεῖσθαι τινὶ ὀνείδεσιν.
Sugillare. Vituperare. Lædere insectari, lacessere maledictis.
Petulanter facundiam caninam exercere. Obloqui. *Vide to Sclaunder.*

a Backbiter, vid. *Sclanderer*

Backbiting, vide *Sclandering.*

Backward, vide *Behinde.*

a Bagge, Powch, or Purse.

Loculi. Locelli. Crumena.
Loculus varios habens receptus.
Bulga, apud Lucilium. & Vulga, vtrumque legitur, quod nummos aliasq; res inuoluat, interpretatur.
Theca nummaria.
Follis apud Iuuenalem. Et tenso folle reuerti.
Vidulus apud Plautum.
Marsypium, aut vt alij scribunt Marsupium, vtrunque bene.
Pulceolus apud Plaut. & Var.
Vomica metaphoricè si pecunijs suffarcinata sit, à tumore dicitur, βαλάντιον.
Fisci. fiscinæ, & fiscellæ, *a great money bagge.*
Pedianus (vt refert Politianus in Miscellaneis) nummum ait esse receptacula, sportas, sportulas, spórtellas, saccos, sacculos, saccellos. & crumenas, & velleas, & scorteas, & manticas & marsypia.
Pera. Petula. πήρα.
Ascopera. ἀσκοπήρα.

to Bake.

Pinsere, furnariam exercere, panem coquere, facere, μαστύλην.
Depsere, frangere munera Cereris.
Mollire Cererem manu, *To knead dowe.*
¶ Pistor dulciarius, *a Pye baker.*
Pistillarius, artocreatius.

a Bairne, vide *Child.*

a Baker, or Baxter.

Coquens panes.
Artocopus, vel artocopeus.
Pistor vel pinsor.
ἀρτοποιός.
Panifica, pistrix, furnaria, & Artopra apud Plaut. *a woman Baker.*

Balde, or Bare without haire or beard.

Glaber. Glabrio. ψιλός.
Caluus. Depilis. Myconius.
φαλακρός. Ratipilis. *thinne haired.*

Ballances, a paire of ballance.

Lanx, cis. Bilanx.
Statera, media, producta, à stando. ζυγόν. σταθμός.
Trutina. Libra. Libella.
¶ Trutinare, appendere, *to weigh.*

Banckers, or Exchangers.

Nummularij. Trapezitæ.
Mensarij & Mensularij.
Campsores vulgò, ἀργυρεμπόροι.
Argentarij. Argenrariam facientes
Κολλυβίζειν, ἀργυροπῶλαι.
Argentariam facere.

to Banquet, or to make great Feasts.

Celebrare conuiuia, dapes.
Conuiuari, depo. Commessari.
Conuiuium agere, agitare, exhibere, Inire, facere.
Instituere dapes vel Epulas.
Prandium exhibere aduentorium, id est, pro suo fœlici aduentu.
Venit ad Dapes turba vocata.
Ore ferire dulcem escam.
Leuare famem.
Dapibus mensas ornare, & pocula ponere.
Capere ore pabula, alimenta.
Parant epulas, potandaque vina ministrant.
Agitare conuiuium.
Symposia agere.
Cibo pasci suaui.
Epulum exhibere. Epulas dare.
Compotare, Epulari.
Dapibus epulari opimis.
Epulis fungi.

Banqueting dishes.

Bellaria. Tragemata.
Mensæ secundæ δεύτεραι τραπέζαι.
Collibiæ. Pandesia.

a tipling Banquet, or an Alefeast.

Cœna vel mensa adjicialis.
Repotia, apud Eras. in moria, a repotando.
Adjiciale ac ganeatum conuiuium.
Proscenium, commessatio post cœnam.

a sumptuous Banquet, a Plenteous table.

Commessatio. Epulum.
Compotatio. Propinatio.
Symposium. Conuiuium.
Vilceratio, apud Ciceronem.
Mensa lauta. Opipara.
Mensa Sybaritica.
συβαριτικὴ τραπέζα.
Syracusana mensa, magno videlicet apparatu ferculorum instructa, eximia, splendida.
Mensa Cerealis, pontificia, dubia, sumptuosa.
Conuiuium opiparum, saliare.
Apparatus magnificus, Perficus regificus apud Claud. βουνυσία.
Basilicus victus.
Mensa magnifica, egregia, regia, generalis. Cœna recta.
Mensa vel cœna pontificalis, popularis, epicurea, pollucibilis, adjicialis, dapalis, adipalis.
Alcinoi mensa, missum scilicet luxu redundans, ferculorum varietate.
Dapes saliares.
Conuiuium magnificè instructum, εἰλατίνη.

to be a Banquerupt, to Consume & waste his substance, that his creditors can haue nothing.

Creditoribus cuncta relinquere.
Propter debita fugere.
Decocta re aliena fugere, in Asylum se recipere.
Solum vertere. μεταστρέφειν.
Sedem, locum mutare.
Ob decoctam pecuniam vrbe cedere.
Cedere creditoribus, apud Auso.
Collectis vasis migrare.
ἀναστενιζειν, σκευαγωγεῖν ἢ μετοικίζειν.
Cedere foro, apud Iuuenal.

In

In fraudem creditorum bonis cedere, ne æs alienum ſuum perſoluant, furtum eſt maximum.
Aeris alieni magnitudine vrbe fugere. Patria faceſſere.
Domum ſuam bonaq; omnia comediſſe, Catonis ioco dicebatur in quendam, cui nihil erat bonorum, quòd comediſſet, dilapidaſſetque omnia.
Decedere de omnibus bonis ſuis & cedere bonis. ἐκχωρεῖν τοῦ ὄντος.
Decoquere creditoribus.
Negotiationem abrumpere.

the Band of loue, vide *Knot of loue.*

to Baniſh.

Relegare. Profligare, ἐξοπαχίζειν.
In exilium mittere, agere.
Ablegare in exilium.
Exulem facere.
Exterminare in ſacra Scriptura frequens. ἐξωλεθρεύειν.
Pellere. ἐλαυνύειν.
Terra & loco propellere, priuare, & exuere. Patria pellere. Proſcribere.
Ejicere, projicere, pellere in exilium.
Exilium pati.

Baniſhed, Exiled.

Extorris. Relegatus.
Proſcriptus. Exactus.
Ciuitate priuatus.
Electus ſubſtantiue. Exul.
Electus extra patriam.
Patria pulſus.
Patria me abſtulit error.
Exterminatus. Sacer homo.
In exilium miſſus, actus.
Exilio mulctatus.
Exturbatus, ſubſtan. Pulſus, Expulſus
Fugatus. Profugus.
μετανάστης.
Proſcriptus.

to Banne, vide *Curſe.*

to Baptiſe, or to Chriſten.

Baptizare, βαπτίζειν.
Regenerationis lauacro tingere.
Per aquę ablutionem à ſordibus peccatorum mundare.
Baptiſmali gurgite ab originali peccato, à primogenia noxa mundare.
Sacro baptiſmate abluere.
Vitali baptiſmi gurgite originalis noxæ ſordes eluere, purgare.
Sacri fontis lauacro tingere.
Vnda, aſpergine ſacrata tollere labem.
Lauacro regenerationis vitali, ſalutari aqua originale peccatum expiare. Aqua tingere.

to be Baptiſed or Chriſtened.

Renaſci fonte baptiſmatis, ablui expiari, tingi.
E fonte conſecrato lympha aſpergi, chriſmate vngi.
Lauacri ſalutaris vnda dilui.
Sacra purgari vnda.
Per aquam ſacri baptiſmi & renouationem ſpiritus ſancti, ab originalibus vinculis expediri.

a Barbill, a fiſh ſo called.

Mulus, vnico l, ſiue per duplex ll.
Mullus. Barbo. Barbellus. Trigla.

to Barke like a dogge.

Latrare. ὑλακτεῖν.
Baubare, apud Lucil. factitium verbum à voce canum. βαΰζειν.

Bare, vide *Balde.*

a Barne.

Granarium à granis.
Horreum, ab hordeo.
Fœnile, à fœno.

Farreum, à farre, vt ſcribit Feſtus. λιτοβόλιον.
Tritici prōptuarium, reconditoriuū. σιτοῦ ταμεῖον.

a Barren, or Vnfruitfull ground.

Terra ſterilis, Infrugifera, Rupibus aſpera, ſqualens, nuda humus, nec herbida. Macilenta.
Infertilis. Infœta. Arenoſa. Iners.
Macra terra, infructuoſa, ieiuna.
Infœcunda, haud fertilis. φαῦλον. dura, Non fœlix, non ferax, infera. Fœtura iugi exhauſta.
Terra nil procreans, ferens, producens, fructum non edens.
Arida, ſicca, ſegnis humus.

a Barre, a Blot, or a Locke.

Obex vel obiex, vt alij ſcribunt.
Obiectaculum. Repagulum.
Peſſulus. βάλανος. Repages.
Vectis. Sera. Clauſura.
Clauſtrum. μοχλός.

Baſe, vide Low.

a Baſe minde or courage.

Animus abiectus, puſillus, infirmus, Imbecillus, demiſſus, humilis, exilis, Ieiunus, Anguſtus.
Animus iacens, parum roboris ac neruorum habet ſine animo eſt, ab animo abeſt; facile commouetur, conſidit, languet.
Ex puſillo animo gloriæ cupiditas non emergit, exoritur, exiſtit, effluit.
Anguſtos animos ampla & præclara cogitatio non ingreditur.

a Basket, a Pannier, a Maund.

Sporta. Sportula.
Cartallum, apud Hero.
Cartallus. κάρταλλος.
Calathus. Calathiſcus.
Quaſillus vel um. Cophinus. κόφινος. Caniſtrum. κανοῦν. Caniſtellum.
Fiſcella viminea, vel ex ſtipulis reflexis. Scirpea.
Corbis. Corbula. χωρίδιον.
¶ Corsicium, *a Basket to put bread in.*
Panarium. Statius. Bulgidium.
Panariolum, Mart. Quallus pro eodem ponitur ab Apuleio.

a Baſon, vide a Brinke.

a Baſtard, a baſe borne, or miſ-begotten.

Illegitimus, vnico t in ante penul. quam corr. λατρημένος.
Nothus. νόθος. Naturalis.
Illegitimo coitu natus.
Spurius, incerto patre, aut muliere non nota natus.
Inceſtuoſo thalamo natus.
Haud propria de coniuge natus.
Manzar, de ſcorto, vel ex inceſtu natus, vt exponitur Deuteronomij. 23. & apud Iuriſconſultos.
Qui ne patris quidem nomen dicere poſſet. Neptuni filius.
Qui matris vt capta diciur, id eſt, à matre denominatur, cui pater incertus.
¶ Submiſſitius, aſſimulatus partus.
Subpoſititius. Subditiius.
ὑποκολλήμενος. ὑπόβλητος.
¶ Inuentitius. Expoſititius, idem.
Exponere puerum.
Subdere oua adulterina, puerum alterius loco ponere, partum ſupponere.
ὑποτίθεσθαι. ὑποβάλλεσθαι.

Bath, or Bathes.

Balneæ. βαλανεῖα. Balnearia.
Balnea. Balinea. Thermæ.
Sudatoria, apud Senecam.
¶ Nymphea νυμφεῖα, lauacra apud Iosephum

Iosephum & Plinium.
Lautulæ, quod in eis lauemur & sordes corporis exterganius.
Laconicum substant.
¶ Porro hypocaustum. Æstuarium, Hybernaculum, & Vaporarium, quæ Germanis non tam elegantí quam vsitato vocabulo Stassæ dicuntur hybernis nos temporibus à frigore defendunt.

a Battle ground, vide *Fruitfull.*

a Battell.

Bellum. Prælium. Pugna anceps.
Certamen. Duellum.

to ioyne Battell, vide *to Fight.*

to Batter, vide *to Beate.*

a Baudry house or common Stewes.

Lupanar. Prostibulum.
Lupanarium, apud Vlpianum.
Ganeum. Fornix.
πορνεῖον. Meritoria. κοινεῖον.
Domus meretricia. Lustrum.

to keepe a Baudry house, or Stewes.

Prostituere virgines.
Turpitudini exponere.
Lænocinari.
Lænocinium facere, exercere.
Corpore quæstum facere.
χαιραπολεῖν.

to excreise Baudry, to hunt after whores.

Scortari. Meretricari.
Lupari. Fornicari.
Vitam in lustris agere. Adulterari.
Lustrari deponens, apud Plaut.
Scortationibus ac lustris indulgere.
Mœchari. Stuprare.
Cum scortis volutari.
Corinthiari· κορινθιάζεσθαι.
Lenocinium exercere facere, lenocinari. διαμαστεύειν.

to Be.

Esse.
Essentia, *the being of a thing.*
Me capit vltima tellus.
Roma me vidit.
Aspicit & vultus gallica terra meos.
Tua messis est adhuc in herba.

a payre of Beades.

Sertum rosarum. Oua serpentina.
Rosarium.
Series globulorum funiculo dependentium. Globuli precum.
Contextus orbiculorum seriatim cohærentium coronam aliqui vocant.
Sacræ baccæ, Sphærulæ precatoriæ.
Rosariola diuæ virgini annumerare.

a Beard.

Barba. πώγων. Barbitium.
Hircino barbitio philosophum mentiebar. Apule.
Mystax. μύστακες, *Mustaches.*
Prima seu tenera lanugo quæ per malas incipit serpere incipiente barbitio.
Ænobarbus, *one that hath a redde Beard.*
Spirillum, barba capræ.
Aruncus. Villus ex caprarum mento dependens. κρύγκος.
¶ Barbare med. prod. Barbam emittere. Pilare, pilos emittere.
Ætius, Tunc primum pilabant genæ.
¶ Barbam tondere, abradere.
Barbam ponere, deponere, *to shaue the beard.*
¶ Barbam promittere, summittere, pascere, nutrire, *to let the beard growe.*

to Beare.

Gerere. Portare. Ferre.
Sustinere, Pati, vide to Carrie.

to Beare good will, vide *to Fauour and to Loue.*

wilde or brute Beasts.

Feræ. Bestiæ. Mutæ bestiæ.
Beluæ. Θηρία. Bruta. ἄλογα.
Animantia, Animalia, Iumenta à iuuando, & armenta ab arando maiora sunt.
Pecudes, Pecora, Pecuaria, minora.
Greges pecuarij.

to Beate, to Strike, Smite, or to Ding.

Ferire. Cædere. Punire.
Percutere. τύπτειν: Castigare.
Verberare. Pulsare. Affligere.
Dare plagas. Obtundere pugnis.
πλαγὰς ἐμπεσεῖν, δοῦναι.
Fuste contundere, fustigare, mulctare, percutere.
Colaphos incutere, Colaphum infringere, impingere.
Inferre manus alicui, animaduertere.
Icere. Ictum facere.
Tundere. Manum injicere.
Verberibus, pugnis excipere.
Pessimè tractare, lancinare.
Battuere, apud Suet. & Plaut. pro vergis cædere, flagellare, natis cædere.
δπιμαστιγῶσαι.
Terga baculo, vel conto fatigare.
Pugnos ingerere, dare,
κονδύλους δοῦναι.
Accipere pro meritis aliquem, tractare vt meritus est.
Os præcipere, pulsare, συγκόπτειν. apud Senecam.
Tripode caput pectere.

to be Beaten.

Vapulare. Verberari. Cædi.
Pugnos edere, elt cædi pugnis.
Pati virgas, ferulam.
Oris effremis luere pœnam.
Dare soluere, persoluere, expendere, pendere pœnas.
Merita expendere supplicia.
τὰ ἄξια ὑποτίνειν.
Lumbrisagium auferre Plauto dicitur pro grauiter cædi, contundi.

to Beate downe with artillerie, to Batter.

¶ Machinis oppida subruere.
Tormentis concutere, Bombardis diras iacere fulmina.
Bombardarum fulminatione oppidi mœnia longo tractu prosternere.
Verberare vrbem tormentis.
Machinis bellicis muros contundere, perfodere.
Mœnia ariete quatere Liuius.
Crebris arietibus muros impetere.
Exonerare, *to shoote off.*
Iaculari acerrimè continuò dies ac noctes.
Machinarum præfectus, *the maister of the ordinance.*
¶ Bombardarij equestres oblongas bombardas vehentes.
Pedites verò bombardarij.
¶ Bombardarij, Chirobombardarij. Sclopetarij, Monobarduli, *Gunneri.*

to Beautifie, to Adorne, to Trimme.

Ornare. Adornare. Exornare.
Comere. ὀπτικομεῖν.
Colere corpus. Venustare.
Honestare. Picturare. Expolire.
Polire. Perpolire. λαμπίζειν.
κομμωτίζειν. Addere decus.
κοσμιον φέρειν. Phalerare.
Omni ornatu, qualibet arte colere faciem, seu formam.

Compa-

Comparare pro adoptare & exornare apud Ciceronem.
Componere pro diligentius apparare
Lucem dare, Elegantiæ dant lucem orationi.
Lucem addere, reddere illustriorem, spectatiorem.
Irritare. Illustrare. Lustrare.
Excolere, sua liberalitate magnificè exornare.
Decorare.

to Beautifie the face, or rather to counterfeit the face, as women do, when they will disguise thẽselues, to Farde, a verbo Gallico Farder.

Coloribus tingere, inficere, picturare, pingere, depingere, genas, faciem, vultum.
Faciem fucis aspergere.
Vultum materiali candore oblinere, Ambro.
Præteritam iuuentutem in rugis anilibus polire Hieron.
Colorare labra.
Purpurissare genas.
Fucare. ἀγχουσίζειν.
Fuco pingere. Fucum facere.
Penicillare. ψιμυθίζειν.
Omni se ornatu, qualiter arte colere.
Purpurisso, stibio, varijsque fucis ora oculosque depingere.
Faciem depingere.
Vitia corporis fuco occultare. Plaut.
Cerusa venustare faciem.
Fuco splendente ornare comam.
Caput arte comere.
Vnguentis cuti candorem, ruborem inducere.
Medicamentis corpus illinere, vt cãdorem cutis recipiat.
Vultum fingere. Ouid.
Pumicare apud Tibul.
Strigillare. Cerusata mulier.
Effigiem mutare naturæ, amentia est. August.

Beautifull, vide *Welfauoured and Faire.*

Because.

Quoniam. Quia. ὅτι, & in versu ὅτιτι.
Quando. Quandoquidem.
Quoniam quidem, respuit Eras.
Equidem. Siquidem.
Nam. Namque.
Quatenus. Et. Etiam.
Ve, secundum Vallam.
Posteaquam. Nimirum.
Quippe. Vtpote.

it Becommeth or beseemeth, it is Conuenient, Fit, or Meete.

Decet. Condecet. πρέπει. ius est. ἁρμόττει. Decorum est. Æquum est.
Parfuerit. Competit, impersonale. Conuenit.
Æquum, decens, conueniens est.

it Becommeth not, or it is Vncomely.

Non decet. Parum decet.
Dedecet. Indecorum est.
Haud decet. οὐ πρέπον.
Haud quaquam decorum.
Est præter dignitatem tuam.
Inferius maiestate tua est, apud Tacitum.
A decore alienum est.
Contra quam decet.
παρακαθηκόντως.

a Bed, Pallet, or Couch.

Lectus. Lectulus.
Torus. κλίνη. κλιδίον.
Lectica, portatilis lectus, Cubile.

Stratum

Stratum ſub genere neutro, & ſtratus us maſ.
ἔρημος. Paluinus.
Grabatus media producta.
Parabyſtum. παραβύστον.
Lectulus paruus qui ſub maiore poni ſolet.

Before.

Ante. Prò. Antea.
πρό & πρόσ genetiuo iuncti.
Sub quando ſignificat ad locum.
Poſteſq; ſub ipſos, id eſt, ante.
Vir. Præter Cic. Præter oculos.

to Beget, vide *Engender.*

to Begge, to go a begging.

Mendicare. πτωχαίνειν.
Stipem rogare, cogere.
Oſtiatim victum quærere.
Precario viuere.
Pro foribus panem efflagitare.
Elee moſynas emendicare.
Victum mendicando oſtiatim quæritare.
Oſtiatim obambulando victum conquirere,
Ciuium domos quæritandi victus gratia oberrare.
Ire ad facculum. Plaut.
Mendicato viuere pane.
Veſtibulatim ſtipem cogere, apud Ciceronem.
ἄγομαι ποιεῖν ἢ ἀγείρειν.

a Begger, a poore body.

Pauper. Inops.
Pauperrimus apud Plaut.
Egens. Egenus. πένης.
Egeſtoſus. Afflictus.
Ærumnoſus. Calamitoſus, flebilis, miſer.
Redactus ad inopiam extremam, miſeriam.
ἄπορος indigens & pauper.
Anguſta cui res domi eſt, apud Iuuenalem.
Homo exili re, tenui fortuna.
Tenuis per metaphoram.
Homo tenuis conditionis.
Vel hoſti miſerandus.
Nudus planè qui cenſum omnem deuorarit, proteruiam fecerit.
Defectus ad calamitatem.
Natus miſerijs ferundis.
Cui contracta res eſt & adducta in anguſtam.
Tenuiter peculiatus, apud Budæum.
Capite cenſus. Equum habens Senianum.
Tunicatus Cananicola.
Cinelus prouerb.
Pauſone, Codro, Iro, Telenico, pauperior.
Qui omnem facultatem, ſeu vniuerſam ſubſtantiam indutus eſt omnia ſua ſecum portans.
Non habens obulum, vnde reſtim emat.
Non habens vbi pedem ponat.
Piſtillo. Paxillo. Leberide nudior.
Mendicus, & mendicabulum.
Rogator. Plaut. *vide vvithout Mony.*

to Begin, or to take in hand a buſineſſe, to Enterpriſe.

Ordiri. ἄρχεσθαι. Inire.
Exordiri. Auſpicari. Initiare.
Inchoare. Incipere. Incœptare.
Occœptare. Aggredi. Adoriri.
In manus ſumere. ἐπιχειρεῖν.
Exordiri telam.
Capere exordium, initium, principium, primordium.
Iter ſternere, aditum facere ad rem quamliber aggrediendam.
Initium, exordium ſumere.
Principium facere, apud Eraſ.
Accingi ad aliquam rem.
Exordium, initium facere, ducere.
Aliena incipere.

a Beginning or entraunce into.

Exordium.

Exordium. Initium.
Auſpicium. Primordium.
Caput, Capitulum vulgò vocant.
Rudimentum. Frons.
Principium. ἀρχή. Ingreſſus.
Cunabula à Virg, pro initijs ponuntur.
Veſtibulum per metaph.
Carceres. Orſus paſſiuè.
Incœptum, & io. Cœptum i
Alpha. Inſtitutum. Cardo. Origo.
¶ In cunabulum. Inchoatio.
Rudimentum, tyrocinium in literis.

in the Beginning.

In principio. ἐν ἀρχῇ.
In capite. Initio.
In fronte. In frontiſpicio.
In ipſo operis ingreſſu.
In exordio. Primo guſtu.
In ipſo veſtibulo.
¶ Prima facie. Prima fronte.
Primo aſpectu, obtutu. *at the firſt ſight.*
In ſpeciem, frequens apud Liuium & Tacitum.
Specie tenus. Ipſa apparentia.
Prima ſpecie. In ſuperficie.

to faile or miſſe in the Beginning.

In portu impingere.
In limine offendere, deficere.
In ipſo operis ingreſſu peccare.
Cantherius in porta, prouerb.

from the Beginning.

Ab exordio. Ab initio.
A primo, id eſt principio.
A capite. A principio.
ἀπ' ἀρχῆς. ἐξ ἀρχῆς.
ἐξ ὑπαρχῆς. Ab integro.
Ab radice. ἐκ ῥίζης.
A carcere ſiue repagulo.
Ἀπὸ βαλβίδος.
Ab ipſo lare, prouerb.

from the Beginning of the world.

Ab initio mundi.
Ab æuo condito.
Ab orbe condito.
Poſt homines natos.
Ab ipſo mundi exortu, initio.
A condito mundo.
Ex omnibus ſeculis.
Ab ipſis creati temporis rudimentis.
A creaturarum conditione.
Ab orbis conditi initio.
In ipſis humanæ propaginis foribus.

from the Beginning to the end, from the Top to the toe.

A capite vſque ad pedes.
ἐκ ποδὸς ἐπὶ κεφαλῆς. vt eſt apud Homerum.
A vertice vſque ad extremum vnguem.
A ſummo capillo, à ſummo vertice vſque ad imum calcaneum.
A calce vſque ad caput.
A vertice ad imos vſque talos.
A pedibus ad caput vſque.
A vitta capitis ad calcei corrigiam.
A pede ſupremum aduſque verticem.
A filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ. Gen. 14.
A carceribus ad metam.
Ab ouo vſque ad mala, apud Horatium.
A cœlo vſque ad terram. Plautus pro eodem ponit.

the firſt Beginning or chiefe cauſe of any ill or good.

Origo. Cauſa. Radix. ῥίζιον.
Seminarium. Fomes.
Fax. Initium. ἀρχή.
Fundamentum. Fons. Scaturigo.
Scaturies. Ortus. Factor.
Architectus. Inuentor.

Suaſor

Suasor & Autor. Parens.
Princeps. Genitor.
Effector. Dux.
Perfector. Machinator.
Nouandarum rerum author.
Caput.

to Beguile, vide Deceiue.

a Beguiler, vide Deceiuer.

to Behead, to chop off ones head.

Decollare. Detruncare.
Amputare caput.
Truncare capita.
Caput prædicere. κοπιφαλίν.
Supplicijs extinguere capitalibus.
A ceruicè caput reuellere, rescindere, auellere, recidere.
Decapitare.
Auferre caput enſe.
Capite plectere, priuare, mulctare.
Collum præcidere.
Ceruicem cædere.
Enſe caput metere, demetere.
Capitis pœnas ſumere.
Securi cædere, truncare.

to be Beheaded.

¶ Capite punire, mulctari, plecti, trũcari, obtruncari.
Capitis pœnas dare.
Capitalem ſubire, accipere ſententiam.
Capitali ſententia damnari.

Behinde, or backward.

A tergò. Retrò. Pòſt.
ὀπίσω, ὀπίσθιν. Pone, aduer.
Ponè ſubit coniux, apud Virg.
Ponè reſpiciens. Et præpoſitio.
Ponè caſtra, apud Liuium.

to Behold, vide to See.

to Beleeue, to truſt or giue credite vnto.

Credere. πιστύειν.
Fidem habere, adhibere, accipere.
Fidem tribuere, dare, addere.
Perſuaſum habere.
Aures patefacere pro credere. Cic.
Aures præbere.
Audire cum accuſatione.
Nihil reniti. Non reluctari.

I Beleeue it not.

Minimè credo.
Mihi non fit veriſimile.
Demere fidem fabulis. Sueto.
Verbis, dictis tuis fidem non habeo.
Supra communem opinionem fidemque naturæ.
Abrogatur, detrahitur fides tuis verbis cum viro diſſidentibus, haud veriſimilibus, ſed abſurdis.

a little Bell, a rattle or clack.

Tintinabulum, à tinnitu.
Nola. Cymbalum. κύμβαλον.
Campanula. Campanella.
Crotalum, a Rattle.
Æramentum & campana peripheriæ & ſoni maioris ſunt.

the Belly or Wombe.

Aluus. Venter. γαστὴρ.
Vter. Vterus. Vterculus.
Aqualicus, vnde aqualiculus diminutiuum, apud Iuuenalem & Perſium. Pinguis aqualiculus.

a panch-Belly, or a gorbelly guts.

Venter. Ventroſus.
Ventrioſus. Ventricoloſus.
γασρών. γασρώδης.
Obeſus. Aquiliculus.
Diſtentus venter.
Amplum habens ventrem.
πλατυγαστὴρ.
Sagenatus. Carnoſus.
Collatinus venter apud Plaut, pro magno & turgido, quod in eum omnia edulia conferuntur.

Seſqui-

Besquipedem extantem habens aqualiculum. Musculosus.
Crassus. Corpulentus
Pinguis. Præpinguis.
Pinguiusculus.
Bene curata cute. Bene pastus.
Rore pastus, ironicè.
Doliarem Plau. vocat anum crassam.
Habitior, id est, pinguior, apud Terentium.
Pinguis nitidus, apud Hora.
Tanagæus cerus prouerb. pro obeso.
¶ Belle pellucens habitus.
Torosus, torosulus, trossulus, succulentus, opimus.

well Beloued.

Oculis, vita, atque animo mihi charior ipso.
Valde charus. Percharus.
Alter ego. ἕτερος αὐτός.
Cum primis gratus.
Omnibus probatus & dilectus.
Gratus, charus omnibus.
Gratia multum vigens, pollens apud omnes. Magnum apud plurimos fauorem emeritus.
Qui omnium emeruit fauores.
In ostio formosus, prouer. *vide Dorre.*

a Belt, vide *Girdle.*

to Bend from, vide *to eschewe.*

Benefites, bestowed bountifully & franckly.

Contuli quæ in illum officia, beneficia, merita potui.
Quantum in me fuit, quantum efficere & consequi potui.
Pro meo studio, meaq; industria cõplexus illum sum.
Affeci, ornaui, auxi omnibus officijs.
Nullum officij genus aut studij, nullam omnino rem, quæ vel ad vtilitatem illius, vel laudem spectaret, omisi, prætermisi, infectam reliqui.
Omnia quæ quidem præstare mihi licuit, profecta in illum sunt.
Meam in illum voluntatem & beneuolentiam quandocunq; res tulit, vbi tempus & occasio postulauit, re probaui, ostendi, significaui, declaraui, patefeci.
Bene meritus de illo sum, quam potui studiosissime.
Absque vlla remunerationis spe.
Quanquam abeo minime patrem gratiam expectarem.
Licet non sperarem vt illum memorem & gratum experirer.
Nulla tamen spe inductus vt parem mihi gratiam referret.
Vt paribus officijs remuneraret, compensaret, æquaret, Vt vllum grati animi signum ostenderet.

Benignly, vide *Gently.*

Bent, vide *Inclined.*

to bestow a Benefit vpon one. or to doe one a good Turne.

Beneficentia prosequi φιλοφρόνειν.
Beneuolentia, amore, amicitia afficere.
Beneficijs, bonis conditionibus aliquem augere.
Cumulare officijs.
Beneficium in aliquem conferre.
Bene de aliquo mereri.
εὐφραδῶς, cum datiuo.
Benencio afficere, obseruantia colere.
Benefacere.
Benefacta cumulare.
Rem facere alicui gratam, quàm gratissimam.
Benignitatem, officia conferre.
Beneuolentiam declarare, præstare, apud Ciceronem.
Tribuere operam amicis, officium homini amicissimo.
Benignè alicui facere, aliquem beneficio

ficio demereri, vide to Giue.

to Beſiege, or to beſet a towne rounde about.

Vrbem cingere copijs & militibus.
Vrbem, ciuitatem circumdare, circumuallare, obſidere, vrgere, circumuenire.
Claudere muros obſidione.
Facere obſidionem, obſeſſionem. & facere obſidium. Plaut. Vario. & foſſa ſeptum tenere.
Obſidione cingere. πολιορκεῖν.
Obſidione, bello premere, to Vrge.
Longa obſidione fatigare.
Bello oppida quatere. Virgil. pro moleſtare. Vallare.
Suffocare vrbem fame. Cice.
In circuitu munitiones extruere, facere, frequens in ſacris biblijs.

to Beſtow in mariage, vide Mariage.

to Beſtow coſtes, vide to Spende.

to Betoken, to Signifie.

Portendere. Significare. Indicare.
Prognoſticare. Prædicare.
Demonſtrare.

Better.

Melior. ἀμείνων, κρείσσων.
Porior. Præſtantior.
Prior, pro meliore latinis ponitur. Vide Deerer.

it is Better.

Præſtat. Melius, vel Satius eſt.
Commodius. Prius. Potius.
Præſtantius. Optatius. Optabilius.
Præſtabilius eſt.

to ſet Betweene, vide to Interlace.

Beware, Take heede to tell it no body, keepe it cloſe.

Caue ne cuiquam dixeris.
Vide ne mortalium vlli dixeris.
Vide ne alicui dixeris.
Vide ne dixeris cuiquam.
Vide ne temere apud aliquem effutias.
Harpocratem egeris, finxeris.
Digito labellum compreſſeris.

to Bewitch, vide Enchant.

to Bewray, to Diſcouer, to Diſcloſe, to Vtter, to Publiſh abroad.

In triuijs declamitare.
Prodere. Arguere.
Nudare. Denudare.
Detegere. Publicare.
δημοσιεύειν. διαῤῥιπτειν.
In publicum adferre, adſerere.
Ex vmbra in ſolem educere.
Vulgare. Diuulgare.
Proferre. Enunciare.
Inuulgare. Diuulgare.
In publicum emittere, efferre.
Perſonam detrahere.
Operta recludere dicitur ebrietas. apud Horatium.
Varia menſium abſtrusa in apricum erumpent.
Promulgare. φανεροποιεῖν.
Aperire. Declarare.
Pandere. Reuelare.
Efferre. ἐξενεγκεῖν.
Significare. Manifeſtare.
Ædere. Promere.
Præfacere. Palam facere.
In vulgus diſſeminare, ſpargere.
Sermones ferere. λόγους διδόναι.
Eliminare. Vulgare.
In medium adferre.
Propalare. Notum facere.

Exprimere,

Exprimere. Oſtendere.

By little and little, vide *Leaſurely.*

By, Nigh, or Neare.

Apud. Prope. Ad. Penes.
Propter Secus cum accuſatiuo.
παρά. Circa. πρός. Iuxta.
Propinquè. Cominus.

By and by, vide *Out of hand.*

to Bidde, vide *to Charge.*

a Biere or coffin.

Sandapila φορετον. Loculus.
σορός. Locellus. Capulus.
Libitina. Ferculum à ferendo.
Pheretrum. φέρετρον.

to Buy; to Cheapen.

Emere. Comparare.
Mercari. ἀγοράζειν.
Permutare pro emere.
Ære parare. Deſtinare.
Præſtinare.
Conciliare apud Terentium.
Græca fide mercari, id eſt, præſenti pecunia.

Bigge, vide *Strong.*

of a great Bigneſſe, vide *Stature.*

a Bile, or a Botch, vide *Impoſtume.*

a Bill of my hand, vide *writing.*

to Binde, vide *to Tie.*

to Binde by obligation, &c.

Obligare. Obſtringere.
Aſtringere. Deuincire.

to Binde one to him by friendly pleaſures.

Deuincire beneficio quempiam ſibi, ornare beneficijs.
Beneficium præſtare, conferre, dare, tribuere.
Gratis officijs plebem obligare, Ambroſius.
Bene mereri de aliquo.
Beneficium figere, Cicero: Vt hoc beneficium quemadmodum dicitur, trabili clauo figeret, vt perpetuam huius beneficij memoriam faceret.
Beneficijs afficere.
προστρέπεσθαι cum datiuo.
Liberalitate omnes in officio continere.
Demereri aliquem obſequio bonis operibus.
Obſtringere.
Adſtringere, ſeu Alligare, vel obligare, omnia apud Ciceronem.
Autorare, ſed militem propriè.

Birdes, or any Foule.

Volucris. πτηνόν.
Aues. Alites.
Genus altivolantum.
Volatilia. Præpetes.
¶ Aucupio voluptatem quærere.
Retibus explicatis, pedicis fixis, viminibuſq; viſco illitis volucres captare. Aucupari, *to Hawke.*

a Biſhop, an Abbat or chiefe Prelate.

Antiſtes. Præſul. Abbas.
Pontifex. Sacrorum præſes.
Epiſcopus. ἐπίσκοπος.
Pontificali inſula decoratus, ornatus, inſignitus, Et periphraſi veuuſta.
Epiſcopalitij ordiuis non infimum decus, ſingulare decus.
Alpha faceidocum.

Demiſſæ

Demiſſæ ad talum togæ ſacriſq; initiacus Epiſcopus.
Olim ſoli ſacrorum antiſtites presbyteri nomine cenſebantur, vt refert D. Hieronymus.
Ante Chriſti in carnem aduentum.
Dicti Protomiſtæ., Archiflamines. Archimandritæ.
Sacerdotes primarij.
Archimandritæ nomen adhuc ſibi vſurpant in Græcia Abbates quaſi primates, & præpoſiti monachorum eremos inhabitantium.

the Biſhop of Rome, vide *the Pope.*

to be a Biſhop.

Epiſcopum agere.
Epiſcopatum gerere.
Epiſcopatum adminiſtrare.
Epiſcopi munia obire.

to become a Biſhop.

Accipere baculum paſtoralem, eccleſiæ clauum, gubernaculum.
Epiſcoparui inaugurati.

a Biſhops Miter.

Galerus bifidus. Infula.
Mitra. Apex.
Tiara. Cidaris.
Byrrhum ſacerdotale.
Pileus Pontificalis.
Et Byrrhum ſimpliciter à Cypriano pro Tiara ponitur.
Mitellum diminutiuum à mitra.

a Biſhops Vicar or Suffragan.

Suffraganeus vulgo vocatur, ſed ornatius, Epiſcopo à ſuffragijs.
Epiſcopi vicarius, auxiliarius.
Coepiſcopus.
Epiſcopalem locum tenens.
Epiſcopi gerens vices, ſupplens locum, qui epiſcopo in pontificaliſſimis actibus, in officio ſuo ſuffragatur.
Subſidiarius alicui, i. coadiutor.

Biſket twiſe baked.

Panis Nauticus, ſecundo coctus.
Panis bis coctus quem Plaut. vocat Panem rubidum,
Paximas.
Paximadion. quæ voce frequenter vtitur D. Hier. in vitis patrum.

to Bite.

Mordere. Morſus exercere, Inſerere, Subire.
Morſu occupare, Conſumere, Diuellere.
Miſeros morſu depoſcitur artus.
Fræna ferox ſpumantia mandit.

a Bitte, a Morſell, a Peece.

Buccella. Buccea. Bolus.
Morſellus.
Panis fragmen.
Fruſtum. Fruſtulum.
Turunda.

a Bit, vide *Bridle.*

Biter or Sower.

Acidum. Subacidum.
Amarum. Acerbum.
Amariſſimo amarius felle.
Inſuaue. Aſperum. Auſterum.
Felleum. Acetoſum.
¶ Aceto. Acidus fio.
Vinum vetuſtate coaceſcit, Cice.

Bitterneſſe.

Acredo. Amaritudo.
Amarities. Amaror.
Acerbitas. Aſperitas. Acor.
Fel ſeu Aloë, per metapho.

a Blab, vide *a Tel-tale.*

Blacke, Darke, Swart, browne or ſad colour.

Niger.

Niger. μελας. μιλας. Ater.
Piceus. Lugubris.
Pullus. Hifpanus.
Beticus. Impluuiatus. Fuſcus.
Anthracinus. ἀνθρακινὸς.
Fuligineus. Mutineníis.
Furuus, *Sworn*, *Darke*.
Meruleus, apud Plautum.
Liuidus, apud Virgilium.
Sed aquilus color, fuſcus, ſubniger, fuſco colore nigricans, *Browne*, *Sworn*.
Homerus: Puellam nigricantibus oculis, ac per hoc formoſam vocat. περιμελανόπτην, μελανοφθαλμὸν.
Nigris oculis prædictus, ὁ μελανώπης.

Blacke friers.

Dominicales. Budæo.
Prædicatores. Dominicani.
Aliquot Præterea in locis Galliæ & Hollandiæ Iacobitæ dicuntur.

to Blame, to Diſpraiſe, to Deprane, to Diſhonor.

Contumeliam facere in aliquem.
Infamare. Vituperare.
Contumeliam intorquere, imponere, dicere, facere.
Tanta turpitudine Auſonicam labefactare virtutem.
Blaſphemo calamo aliquem notare, incuſare.
Perſundere ignominia, ſcommatibus Contumelijs operire, lacerare, concidere.
Turpi crimine lædere.
Ignominia afficere, deformare.
In contumeliam agere.
Probra ad ſacietatem ingerere.
Contumelia inſequi.
Dehoneſtare. Inhonorare.
Improbare. Reprehendere.
Incuſare. Arguere. Carpere.
Reprehendere. Redarguere.
Reprobare. Obiurgare. Vitio dare.
Sugillare. Criminari. Traducere.
Infimulare. Notare.
Damnare. Culpare. Accuſare.
Diffamare. Obloqui. Condemnare.
Derogare. Detrahere.
Irrogare & infligere ignominiam.
Ignominia notare, quod Græcis eſt ἀτιμίαν ἐπιβαλλειν.
¶ Infamia flagrare, eſt ſumma infamia laborare, quod & Græcis dicitur πανυ̃ς κακὸν εἶναι.
Vituperari.
Diffamari. Laborare fama.
Improbari, male audire, *to haue an ill name.*

to get or receaue Blame or Shame.

Accipere contumeliam, ſordes, id eſt ignominiam, Cice.
Has à Q. Ticinio ſordes accepimus.
Concipere maculâ, turpitudinem, infamiam, dedecus.
Subire contumeliam, infamiam, notam turpitudinis.
Perfundi aceto, Horat. pro conuitijs affici.

to Blaunch, vide *to Whitelime.*

a Blaſting or ſtriking with a Planet.

Stupor mentis, & corporis.
Syderatio, quam Plinius ſcribit, Græcis dici ἀστροβολίαν.
Apoplexia. παραλυσία.

Blaſted or taken with a Planet.

Syderationis morbo affectus.
Syderatus. Attonitus. Ictus.
Tactus. παράληκτος.
Apoplecticus, quem Hermolaus Barbarus ἐμβεβροντημένον vocat.
¶ Syderari. Sydere affłari, vexari. Ieidi.

a Blemiſh, a ſpot, or blot.

Nævus. Labes. Labecula. Macula. Vitium. Nota, ſi ad corpus referatur.

Dedecus, infamia, turpitudo, ignominia, ſi metaphorice ad mores accommodare ſermonem voluerimus, ſicut quoque dicimus, labem perfidiæ, notam infamiæ, periurij.

Tubera pro vitijs maioribus poſuit Horatius, Verrucas minora appellans. Mendum, menda, litura.

Vari, Lenticulæ, Lentigines, *ſpots in the face.*

Glaucoma, atis n. gen. vel.

Glaucoma, æ. f. gen. *ſpot in the eyes.*

Maculas læſis de veſtibus auſtere.

Eximere, Eluere labem, *to take, to waſh out blots or ſpots.*

Blew, watchet or azure colour.

Cæſius color. Blauus.

Cæruleus quaſi cæluleus, à colore cœli.

Glaucus. Glaucinus. Cumatilis.

Cyanus. Cyanæus.

Venetus. Thalaſſicus.

Indicus, *darke Blew.*

Ferrugineum præterea colorem quidam accipiunt pro cæruleo marinis fluctibus ſimili, quem Græci Θαλάσσιον vocant.

Blinde.

Cæcus. τυφλός. Orbus proprie qui lumen amiſit oculorum.

Oculis captus. Exoculatus.

Luminibus orbatus.

Orbus luminis. Sene.

Tireſias, apud Iuuenalem.

Talpa cœcior. prouer.

ἀσυλλαικος τυφλότερ Θ.

Tireſia, Hypſia, Leberide cæcior.

Cæcigena, *Blind borne.*

Blinded, walking in darkeneſſe.

In altiſſimis verſaus tenebris.

Denſa quadam ac tetra impietatis caligine occæcatus.

In denſiſſimis ignorantiæ tenebris ſepultus.

Qui in profundum venit malorum.

Mens cæca, lucis indigna, exhauſta diuino lumine, Cimmerijs immerſa tenebris.

In errorum denſitate vaga.

Oppleta tenebris.

a Blinkard, Bleared, or one that looketh a Squint.

Cæcutiens. παραβλέπων.

Hallucinans. Lippus. Lippiens.

Lolio victitans, prouerb. ſeu.

Tithimallus Laconicus.

Saturniæ lemæ Luſcus etiam ſignificat.

Strabus ſeu Strabo. retortus.

παραβλώψ. ¶ Luſcioſus, *Sanеblind.*

Luciſcus, oculos habens hebetiores, Nyctilopa.

νυκτιλοπ Θ, *he that ſeeth better in the night, then at midday.*

Sed luſcoſus qui interdiu parum vel nihil, veſperi vero ſatis videt. μυώπης, ſeu μυωπικός.

Lucinus. *That hath little eyes, vids to looke a ſquint.*

a Bliſter, a Whelke or a Wheale.

Puſtulua. Papula. Tuber.

Tuberculum. *dobleu.*

Exuberatio. ἐξανθήσις. Scrofula.

Huc etiam ſpectant Vari ſeu Varioli. *the Maiſels* qui pueros maximè infeſtant græcè ἐφηλίδες cum febri plerunque naſcuntur hæ puſtulæ.

a Blockiſh dullard, vide *Dulhead.*

a Blot, vide *Blemiſh.*

Blotting paper, vide *Paper.*

Blond, Bloudie, full of blond and Slaughter, Murther.

Sanguis, Sanguinolentus.
Sanguine terra tabet, madet.
Flumen purpureum miſtis ſanguine fluxit aquis.
Sparſi vorantur ſanguine vepres.
Cæde tepebat humus.
Arua cæde madeſcunt.
Aſperius ſanguine locus nata omnis.
Atro tepefacta cruore terra.
It cruor per artus.
Funditur ater vbiq; cruor.
Inundant ſanguine foſſæ.
Sanguinis vomere riuos.
Squalleuti ſanguine crines.
Concreti ſanguine crines.

to make Blunt, or dull.

Obtundere acumen. Hebetare.
Perſtringere aciem ingenij, Cicero. dixit pro hebetare.
Perſtringitur acies ferri.

to Bluſh, or to be aſhamed.

Erubeſcere. Vereri. Reuereri.
Verecundari. Pudet me.
αἰσχύνομαι, Pudore ſuffundi.
ἐντροπίαν, Rubeſcere pudore.
Rubore ſuffundi.
Pudore affici.
Suppudet imperſonale.
Iiectum ſemel attrita de fronte ruborem recipere. Hora.

Bluſhing, vide *ſhame.*

a wilde Bore or Swine.

Aper. κάπρος Gr. Aorcus vel ſus ſyluestris. Syagrus. συάγρος.
Orthagoriſcus. Singularis. μόνος.
Vnde in Pſal. 79. μόνος ἐξ ὄρους, κατεμάσατο ὁ ἄγριος, vbi. Hebræi habent zif. Singularis ferus depaſtus eſt vineam.
Acteon triſyl. pro Apro apud Mant.
Et leuis Actæon ſumans.

to Boaſt, to Bragge.

Iactare. Oſtentare.
Præſumere. Vendere.
Vendicare. Iactitare.
καυχᾶσθαι. ἀλαζονεύεσθαι.
Gloriari. Arrogare.
Seſquipedalia, turgentia, iactare verba, ampullas.
Tragicè loqui.
Spirare tragicum, apud Horat.
Præſumptuosè, arroganter, immodeſtè loqui. λαξεύεσθαι.
Venditare ſeſe inanibus verbis, nihil præter eruditionem ſuam iactare.
Efferre ſe magnificè.
Extollere. Attollere.
Mèras gloriæ ſpirare.
Fumos iactare.
Prædicare. Efferre.
μεγάλα λέγειν, ἀρίστα λέγειν.
Inanes flare, afflare gloriæ, apud Gell.
Erigere caput, criſtas.
Grandia & magna trutinare contracto ſupercilio, tumentibus buccis, ſeſquipedalia verba, ἀμεγέθη ῥήματα.
Cælum territare, apud Virg.
Grandia magna iactitare, loqui.

a Boaſting, a Bragging.

Iactantia. Oſtentatio.
Iactatio. Iactitatio.
Arrogantia. μεγαλησρία.
Immodeſta præſumptio.

a Boaſting ſhew, vide *a Solemne ſight.*

a Boaſter, a Bragger.

Magniloquus. Grandiloquus.
Glorioſus, ſeſe inſolenter iactans.
Immodeſtus. Inſolens.

Arrogans. Sui tibicen.
Arrogantiæ, iactantiæ non ferendæ.
ἀγοραστώλης, qui fumum venditat.
Thraso, Hippias. Calliphanes.
Aretalogus, apud Iuuenal. & Suet.
Marsyas. Thamyras.
Callipedes alter.
Fumiuendulus.

a Boate.

Cymba. Scapha.
Scaphula. σκαφή.
Linter ex arbore cauata sit.
Lembus. λέμβος.
Lembunculus. πλοῖον μικρόν.
Nauicella, apud D. Augustinum.
Nauicula. πλοιάριον.
Nauigiolum. Alueus. Alueolus.
Nauiculari.

Boyes, vide *Sonnes.*

a pleasant Boy.

Puer festiuus, lepidus.
Lepore, festiuitate, morum, elegantia, quibusuis præferendus.

to Boyle, or Seeth.

Elixare. Æstuare. Coquere.
Efferuere. Ebullire. Scaturire.

Bolde, Hardie.

Animosus. Magnanimus. Fortis.
Acris. Audax. Inuictus. Vide *Stout and couragious.*

a Bolt, vide *a Barre.*

a Bonet, vide *Hat.*

a Booke.

Liber. Scriptum. Codex.
βίβλιον. Opus. Opusculum.
Volumen, plures continens in se libros partiales, ab inuolutione.
Commentariolus.
Charta apud Ouidium, pro libro ponitur.
Pugillares à pugno, & enchiridia à manibus in quibus gestantur, & codicilli cum asserculis, tabelliſue concinnati. *Little small Bookes.*

the Borders or Marches of any Countrey.

Confinia & Confinium. Colum.
Frons regionis, vel, vt est apud Plinium: Caput regionis & Principium: anterior pars cuiusque rei.
Limina imperij, id est introitus, vt Margines imperij, apud Ouidium in Tristibus.
Fines numero plurali, sæpius pro terminis & limitibus ponuntur, *the Marches.*
Collimitium est confinium.
Collimitium, Hollandiæ & Flandriæ, est Brabantia.
Confinis Flandriæ est Brabantia.
Milites per frontem regionis distribuere.
Limitanei milites, qui in collimitio sunt constituti in præsidio aduersus inimicos excubantes in limitibus. *Garrison.*
Limitatus ager.
Limitibus distinguere, terminare.
Limes positus in agro.
Partiri limite campos.

the Borders of a garment, vide *Fringes.*

Introire ad vitam, vel in vitam.
Ædi in lucem.
Emergere apud Prud.
Prodire in vitam.
Nasci. Fieri. γίνεσθαι.
¶ Aues, accipitres, & animalia quoq; dicuntur fœtare, fœtum emittere.

to be Borne.

Nasci. Vtero natris prodire.
Venire ad sydera ætheria.
Surgere ad lumina vitæ.
Venire sub auras cæli.
Accipere vitam.

Prodire

Prodire vtero, Exire.
Emicti in Auras.
Fœtus expellit ſe in auras. vide *to Trauell or labour of a childe.*

as ſoone as I was Borne from my Childhood, Infancie, Youth.

Ab initio, à primo exordio ætatis.
A prima, ab ineunte ætate.
A primis temporibus, à puero.
Iam inde, à puero.
Iam inde vſque à puero.
A prima pueritia.
A primis annis.
A teneris vnguiculis.
A die natali ab ortu primo.
A quo die natus ſum.
Ex quo ingreſſus in vitam ſum.
Ex quo vitæ lumen attigi.
Animam ducere, Spiritum haurire de cælo cœpi.

to Borrow.

Mutuo ſumere.
Mutuum accipere.
Mutuari.
Commodato accipere.
Vtendum accipere.

a Botch, vide *Impoſtume.*

a Botcher, vide *Tailer.*

a Butcher.

Lanio & Laniſta.
Carnifex. Bouicida. Macellarius.

a Butchers ſhop, or a Butcherie.

Macellum. Laniarium.
Laniena. Carnarium.

a Bough, or Braunch.

Ramus. Ramulus.
Ramuſculus. Ramale.

¶ Plantæ teneræ. Stolones.
Nouelli rami.
Talea. Malleolus.
Viui radix.
Clauiculus, vel clauicula, quæ & capreolus, *the shoote or lisle clays of the vine.*

to Boult out.

Extorquere. Elicere.
Exculpare. Extricare.

a Bondman, vide *Seruant and Slaue.*

to be Bound vnto one.

Deuinctus. Obſtrictus.
Obligatus. Debitor.
Obnoxius quamuis propriè ob delictum aliquod pœnæ obligatum ſeu ſubiectum ſignificet, apud Diuum Hierony. Eraſ. & alios ponitur pro deuinctus, obligatus.
Deuincire officijs, oppingerare gratia. Ambroſius.

a Bouget, vide *a Male.*

Bountifully, vide *Liberally.*

to Boxe one on the eare, or to knocke one about his pate.

Depalmare aliquem, apud Eraſ.
Malam, maxillamque ferire.
ἡ παρειὰν πλῆξαι. Greg. the.
Alapam alicui impingere.
Palmas in faciem dare, apud Euangeliſtam, ῥαπίζειν cum accuſatiuo.
πατάξαι εἰς ἀγρίαν.
Ferire malam nequiter. Plaut.
Alapam incutere, Alapis percutere, ἀμύσσειν. ἀγκλάσσειν.
Colaphos incutere.
ἐν τεύχειν πλαγάς.
Manu extenſa, pro recta palma ferire, verberare.

Pugnis confringere, *to Beate with fists.*
Colaphiſare. Colaphum ícere, apud Plautum.
Pugnum in os impingere, ingerere.
Pugno, colaphis percutere, diuerberare. Verberare.
Colophos infringere
Plus quingentos colaphos infregit mihi. Terent.
¶ Expalmari, apud D. Auguſtinum ponitur pro palmis cædi.
Manum non vacuam abſtergere.
ἐ κατεὰ τίνι χεῖ ἀπομάτ̃ειν.
Lucian.

to Boxe or Scarifie, or to draw out ill blond.

Scarificare cutem, leuiter vulnerare, perſtringere. Sanguinem ventoſis elicere. ἀπομάζειν. ἀπέζειν, ἀπομάτ̃ειν.
¶ Cucurbitæ, Cucurbitulæ, Ventoſæ vulgò dicuntur. Sicyæ. σίκυα. Græcis Pixides ſeu vaſcula in quæ detrahitur ſanguinis.

to Bragge, vide *Boaſt and Triumph.*

a Brayer, vide *Cryer.*

Braſſe, vide *Copper.*

Brauerie for women, vide *Womans brauerie.*

a Braunch, vide *Bough.*

to Braunch out, vide *to burgen.*

to Braule, to Chide, to Rebuke, to Fight.

Obiurgare. Percellere.
Increpare. Inceſſere.
Redarguere. Diſtringere.
Multis verbis malè aliquem accipere Cic. Accipere ſeuerè.
Aſperè monere.
Inſectari, auſteris, acribus, mordacibus, exaſperantibus verbis, verborum amarulentia.
Conficere aliquem verbis. Plaut. id eſt minaci voce terrere.
Reprehendere. Carpere.
Taxare. διαβάλλειν.
Arguere. Improbare.
Obloqui. Increpare. ἐπιτιμᾶν.
Inculpare. Perſtringere.
Catonem agere Cenſorinum.
Democritum quendam agere.
Diuis ipſis abloqui.
Percellere. Vide, *to Strike.*

a Brawling, a Chiding, a Fighting.

Rixa. ἔρις.
Lis. Diſſentio.
Pugna. Concertatio.
Altercatio. Iurgium.
Strepitus, pugnaq; verborum.
Contentio, vide *Diſcord.*

that Brawleth or Chideth much.

Rixoſus. Litigioſus.
Litium auidus, appetens, peramans.
Ad diſſidia propenſus.
Litem ſemper mouens, incipiens, ſuſcitans.
Refractorius. Controuerſus.
Filum contentionis. Tricon.
Canina præditus facundia.
Concitus ad rixam.

Bread.

Panis triticeus, *VVheaten bread.*
Panis ſiligineus, *Manchet or fine bread.*

Panis

Panis hordeaceus, *Barley bread.*
Humanis vſibus apta Ceres.
Vſus Cereris. Dona laborata Cereris.
Suppoſitum cineri focus parat panem.
Molitam manu Cererem torret igne focus.

to Breake or Burſt.

Frangere. Confringere.
Infringere. Rumpere.
Dirumpere. Crepare.
Frigidus in Prato cantando rumpitur anguis.
Limina perrumpit, poſteſq; a cardine vellit.
Frœna pudoris rumpere.

to Breake the League, or Promiſe, to doe contrarie to the promiſe, or agreement.

Fœdera Soluere, Rumpere, Abrumpere, Lædere, Diſſoluere, Turbare frangere.
Pacta, conuenta conuellere.
Reſcindere. Lædere fidem.
Irrita reddere. Mutare.
Non ſtare conuentis, pactis.
Pactum irritum facere.
ἀϑετεῖν.
Conuentionibus non ſtare.
Pacem labefactare initam.
Pacta eludere commento Thracio, id eſt callido vafroque.
Pacta violare, reijcere.
Reijcere conditiones ſemel acceptas.
Abire ab emotione, à contractu priore.
Diſcedere à fide data, à conditione.
Dirumpere fœdus, vel ſoluere.
Pacta omnia infringere.
Conuentiones non ſeruare. *Vide Promiſe.*
Fœdifragus, *A breaker of the League.*

to Breath, to take his breath.

Spirare. Reſpirare.
ἀναπνεῖν. Trahere ſpiritum.
Recipere anhelitum, vel facere.
Spiritum ducere. Reddere anhelitum, per vices recipere.
Animam trahere remittere & efflare.

the Breath.

Spiritus. Flatus.
Anima.
Halitus. Anhelitus.

Breeches, or mens ouerſtockes.

Subligar. Subligaculum.
Femorale. Feminale.
ἀναξυρίδες.
Suffibulum apud Varronem.
Caligæ. Tibialia.
Campeſtria ſubſtant.
Perizomata. περιζώματα.
Pudendorum velamen.
Lumbare.
Brada, vel bracha, vt alij ſcribunt.
Renones aliquibus dicuntur, Græcè σφενδόναι, Chaldaice Sarabella, qua dictione Daniel vſus eſt, Hebraice Michenas.
Soluere ligulas, ponere ſeu deponere ſubligaculum, nota ſignificationis ſunt.
Caligas thoraci ſeu diploidi aſtringere ligulis. *to truſſe vp the hoſe.*
Feminicruralia à Lodouico Viue, in colloquijs, pro caligis ponuntur, *a vvhole paire of hoſe vvith breeches, and nether ſtocks together.*
Caligæ. Tibialia tegumẽta tibiarum, *a paire of netherſtocks.*

to Bribe, vide *to put out ones eyes with gifts.*

a Bride, vide *Maried damſel.*

a Bridle or a Bitte.

Frenum. Habena. ἀβλακέ.
Retinaculum. Camus. κημός.
Lupus, apud Ouid. genus freni acerrimi, vt Lupatum apud Virg.
Capiſtrum *the halter.*
ἀλκαστής.
¶ Spernere lupatum.
Habenas rejicere, frenum non admittere. ἀφιστάζειν.
¶ Freno equum ſiſtere, coercere, ἀναλαβάνειν ἢ ἵππον, κατέχειν.
Actis equum compeſcere habenis.

Briefe, vide *Short.*

Bright, vide *Shine and Cleare.*

Brine.

Salſugo. Muria.
Muries. ἅλμη. Salſilago.

to Bring, vide *Carie.*

to Bring forth.

Parere. Edere. Gignere.
Educere. Producere. Proferre. Eniti.

to Bring to an end, vide *End.*

to Bring to naught, vide *to Marre.*

to Bring vp, vide *to Feede.*

a Brinke or Brimme.

the ſtone haſon that receiueth the water of condits, or a Baſon.

Labrum. Labium.
Labellum. Pelluuium.
Pelluuia. Podouptrum.
Tinaciolum. Peluis.
λακάνη. πίλυξ.

a Broker.

Mediator. Conciliator. Licitator.
Proxeneta προξενητής.
Pararius latinè. apud Senecam. Inſtitor.

a Brooch, vide *a Collet.*

a Brotherhood, vide *Fraternitie.*

a Bruſh.

Setaceum, quod plerumque ex ſetis fiat. Scopina. Scopula.
Peniculus vel penicillus.
Viues in colloquijs Muſcarium ſeraceum nominat, à ſimilitudine credo, nam Muſcarium eſt coma quarundam herbarum, in qua ſemina dependent, veluti teniculi, anethi & ſimilium.

Brute, Rumour, vide *Fame.*

a Bucke, vide *Doe.*

a Bucket, a Payle for to take water with.

Vrna. Hydria.
Situlus aquarius. Cato.
λαρνάξ. Vrnula. Situla. Sitella.
Trulleum. Creterra, Mergus, oris.
Antlia. ἀντλία.
Hauſtrum.
Suriſcula, apud D. Hieron.
Futis eſt vas aquarium.
¶ Naſiterna, à ſimilitudine naſi apud Varronem & Plaut. *Pitcher.*
Vrceus, Vrceolus, Manalis, Aqualis Guttumium ἀρύταινα, idem.
Guttus pro eodem, apud Eraſ.
Mallunium, pollubrum. *a Baſon to waſh in.* Peluis.
χείριπτρον. Liuius, Argenteo pollubro

bro & aureo gutto.

a Buckler, a Shield.

Scutum. Clypeus.
ἀσπὶς. Parma.
Parmula. Ancile.
Vmbo. Pelta. Cetra.
λόφον, ſcutum Perſicum.
¶ Parma eludere iaculum.
Tela ſcuto accipere.

to Budde, vide to Burden.

to Build, to make a houſe.

Ædificium, domum, tectum, ædes ſtruere, extruere, componere.
Extollere, ἀνοδομεῖν.
Erigere. Inſtaurare.
Educere cœlo, Virgilius.
Condere arcem, domum, vrbem Saluſtius.
Mœnia fabricare, Ædificare, Ponere, Condere.
Murorum attollere moles.
Condere ſedem, Tecta.
Fundare arces vrbem extruere, Statuere, Cingere muris, ſaxis Fundamenta locare.
Architectari. ἀρχιτεκτονεῖν.
Moliri arcem. Ædificare.
ἱδρύειν. Figere.
Collocare. Firmare.
Conſtituere. Ponere.
Iacere fundamentum.
Ædificia modicè ab humo tollere, *to Build not very high.*

Bulwarks, vide Fortreſſes.

a Bull, a Patent, a Priuiledge.

Diploma ſummi principis, Regis.
Codicillus diſpenſatorius.
Priuilegium. θεσπίσμα.
Bulla vulgò dicitur pontificia.
Indultum apoſtolicum.
Breuis, vel vt alij vulgò dicunt Breue.
Sunt etiam diplomata, quas nunc appellamus literas patentes, continentes principum edicta & mandata, regio ſigno ſancta.
¶ Cæſareo priuilegio aliquem inſtorare.

to Burden, to Blame, to raile or ſpeake ill of the dead.

In mortuos maledicentiæ ſpiculum figere.
Defunctos maledictis inſectari.
Inſectari poſt mortem.
Lacerare defunctum.
Mortuis conuitiari, maledicere.
Defunctorum innocentiam inſectari.
Conuitia congerere in mortuos.
Pugnare, luctari cum laruis, cum defunctis.
Inſtar Caſpiorum canum ſepultos arrodendo affligere.
Ad inferas ſedes vſque, manes & laruas à quibus veterum natura ſuſtulit ſua fulmina perſequi.
Ne ab vmbris & cinere bus ſruitiam continere.
Mortuum flagellare.
γιγεῖν μοσχίζειν. Iugulare mortuos.
τὸν τεθνεῶτας δηχτάνειν.
Leoni mortuo barbam vellere.
Mortuum criminationibus proſcindere, impetere, inceſſere lingua acerbiſſimè exagitare.

a Burden, a Loade, a Packe, a Fardell.

Onus. φορτίον.
Prouincia. Pondus.
Periculum. Grauamen.
Sarcina. Impedimentum tam in ſingulari, quam in plurali numero.

heauy Burdens or Loades.

Onus. Ætna grauius, apud Cic.
Coloſſea onera. Moles.
Piſtrinum tum pro loco, tum pro re difficultatis plena, metapho.

Res

Res viribus impar, difficultatis plena.
Grauis sarcina.
Negotium subacerbum.
Prouincia dura, negotiosa, molesta, aspera.
Negotium operosum, molestum.
Negotium inuolutum, difficile explicatu. γαλέπων.

to vnBurden, vide *to vnload.*

to Buraen, to Budde, to Braunch out.

Pruticari vel e. Sylescere.
ἀναπτύζειν. Frutescere.
Florere, floriscere.
Formatis aperitur, floribus arbos.
Floriscunt gramina riuis.
Emittere stolones. μοχίνειν.
Pubescere. Frutices emittere.
Germinare. Egerminare.
Progerminare. Pullescere.
Pullulare. Pullulascere.
Suppullulare. Protuberare soli.
Suppullulascere. Expullulare.
Arbescere. Frondescere.
Vernare ad arbores etiam refertur.
Gemmare, & gemmas emittere ad vitem refertur, & ad alias arbores.
Gemmascere, efferi, turgere in gemmas.
Gemma vitis oculus.

to Burie.

Inhumare. Terræ injicere.
In terra recondere.
Tumulo recondere. Tumulare.
Dare humo, terræ ad sepulturam.
Κτερίζειν. Parentare.
Sepulturæ tradere, dare sepulchro.
Sepelire. Humare.
Inhumare. Funerare.
Dare tumulo.
Extremum persoluere honorem.
Cadauer, funus humo condere. Ouid.
Pulueri tradere, seu humo, Sallu.
Condere monumento corpus. Plin.
Putridum condere cadaus in vrna.
Et apud Phocilidem. γαίαν.
ἐπιμερίζειν νεκύεσσι, mortuis terram impertiri.
Ponere in monumento.
Corpus terræ parenti reddere.
Sepulchro claudere.
Efferre mœrem, Cice. Sepulturæ cadauer inferre, terraq; obruere.
Subdere sub solum, *to put vnder the ground.*
Mandare humo.
Telluris aggestu cadauer obruere, superiecta humo operire, apud Ambro. in home.
Terræ commendare, apud Max.
Terra cineres accipit.
Tumulus ossa tegit.
Libitinam exercere.
¶ Efferre cadauer, vxorem, funus, mortuum. ἐκκομίζειν.
ἐκφέρειν. κωλύειν.
Extra domum, vel ad sepulturam ferre. νεκροφορεῖν.

to be Buried.

Funerari. Sepulturæ tradi.
Humari. Parentari.
Comburi veteres solent, vnde Bustum pro monumento ponitur.
πρὸ τομβοκόπων τυχεῖν.
Ponere cineres apud poetas.
Honorifica sepultura donari.
Sepulturæ maiorum suorum addi.
Magnifico post fata deponi Mausolæo.
In tenuem solui fauillam.
Contumulari. Terræ insterni.

an honourable Buriall, vide *Funerall.*

to Burne.

Vulcano dedere, dicare.

Dare

Dare flammis, ignibus.
Vulcano committere.
Ignis voragine absumere.
Vrere.
Exstruere rogos.
Vstulare aduᵈ Pacuuium pro vrere.
ἐμπρήθειν. φλέγειν.
Patrios incendio lares absumere.
Ignem in ædes eiaculari.
Cremare. Concremare.
Celebrare Vulcania.
Corpora in cineres redigere.
In ignem, in rogum mittere, ponere, projicere, imponere.
Igne absumere. πυρπολεῖν.
Comburere. Igni tradere.
Vltricibus committere flammis.
Incendio inuoluere.
Ignibus ardere.
Exurere.
¶ Conflagrare, flagrare, ardere absoluta sunt, & igni non tantum, sed & alijs rebus accommodantur, flagrare odio, amore.
Illi res omnis, in fumum & cinerem abijt, vbi incendium omnia hausit.

to Burst, vide to Breake.

to Burst, or to Breake in.

Irruere in ædes.
Irrumpere, cum violentia quadam. εἰσπηδᾶν.
Inferre se concitato impetu Liuius, pro irruere, facere impetum.
Incedere, vnde scribendi libido incessit mihi vel me Liuius: Grauior cura patribus incessit.

to Burst or breake open dores, vide Dore.

a Bush of thornes.

Dumus. Rubus.
Spinæ. Vepres.
Sentes. Rusci.
Virgultum. Spinetum.
Dumetum. Rubetum.
Vepretum. Senticetum.

a Busie worke or matter to compasse.

Labor magnus, difficilis, laboriosus, grauis, operosus, molestus, immensus, magni negotij, difficultatis ac ponderis. Vide, *a Peece of Trouble.*

Busied, vide Occupied.

a Butler or Steward.

Præfectus cellæ penuariæ.
Dispensatoris officium gerens. Ambrosius. οἰνοχόος.
Cellarius & non cellelarius vt plærique ineptiunt, nisi quis interpretari velit, tarus in cella.
Præpositus cellæ.
Moderator domus. Custos cellæ.
Promus accondus. ταμίας.
Vellicus in Euangelio.
Oeconomus. οἰκονόμος.
Dispensator rei familiaris.
Procurator aliquot in locis dicitur seu Curator. ἐπιτροπεύς.
Procurator peni Plaut.
Cauearius nonnullis dicitur à Cauea.

a Buttrie, vide Celler.

the Buttockes, or Haunches.

Clunes sub genere communi.
Clunes. Nates.
πυγαί.

But, neuertheless.

Cæterum. μέντοι.
Porrò. Autem. δέ.
Porro autem. Sed.
Sed enim. Atqui.
ἀλλ' ἔφη ἀλλά. Verum.
ὄντως. Vero. At vero.

Verum

Verum enimuero. Quin.
At in oratione ſoluta: Aſt in verſu ſequente vocali.
¶ Sed etiam. Tamen.
Veruntamen. Attamen.
Sed tamen, frequens eſt apud Ciceronem. ἀλλαμὴν.

But yet.

Pariter ac. Iuxta ac.
Ex æquo, atque. Simul &.
Idem, idemque.
Æque atque.
Ita & præcedente vt.
Simul in oratione geminatum: vel geminatum.
Tum in oratione geminatum.
Et in oratione geminatum.
Sed &, verumetiam, ἀλλὰ καὶ: præcedentibus non ſolum, non modo. οὐ μόνον.

C

a Cabin, vide Cotage, Lodge.

a Cable rope.

Funis anchorarius.
Tomex icis. f. g. Plin.
Retinaculum ſtopæum puppis. Ouid.
Rudens. Plin.
Funis nauticus.

to Cacke, to Shite.

Aluum exonerare.
Cacare κτοπατεῖν.
Ventris onus ponere, deponere.
Purgare ventrem, apud Hier.
Excernere, apud Celſum.
Stercus facere, vel oletum.
Saburram ventris ponere.
Emittere ſaturitatem.
Aluum dejicere, ſoluere.
Forire. κοπρίειν.
Merdare. Cunire.
Egerere abſolutè.
Excrementum dejicere.
ἐκκαθαίρειν κοιλίαν. aluum dejicere.
¶ Comfortre, apud Pomponium.
Permerdare. Conſpurcare, fœdare, χέζειν, to Beshite.

a Cage for birdes.

Cors, vel cohors. Auiarium.
Auium vel Altilium ſeptum.
Ornithrotopium.
ὀρνιθοτροφεῖον. ὀρνιθών.
Gallinarium, a henne penne.

a Cake, a Wafer.

Panis dulciarius. Laganum, λάγανον. Libum.
Mellipectum. μελίπεκτον.
Placenta ex melle. Popanum.

to Call.

Vocare. Vocitare.
Appellare. Appellitare.
Nuncupare. Memorare.
Nominare. Dicere.

to Call backe, to Reuoke his fault.

Reuocare. Recinere errorem.
Retractare. Fateri errorem.
Reuocare quod dixeris, feceris, prius aſſeueris.
Canere Palinodiam.
παλινῳδεῖν. Recantare.
Opprimere dicta ſua.

to Call to minde, vide to Remembrance.

a Call, vide Coife.

Calme, vide Quiet.

he Came at length.

Tandem, aliquando, deniq; demum.
Poſt diurnum tempus, longo temporis interuallo, cum temporis multum abiiſſet, tranſacto multorum annorum ſpatio, redijt, reuertit, reuerſus eſt.

Accepit

Accepit ſe ad ſuos lares, patriam, cunabula, patrias ſedes.

a Campe, an hoſt, a Seege.

Caſtra. σκήνωμα.
Papilio. Tabernaculum.
Tentorium. Stariua.

to pitch his Campe.

Caſtra facere, ponere, locare.
Caſtrametari.

to raiſe or to moue his Cãpe or Seege.

Mouere, amouere caſtra.
Tabernacula detendere. Cæſar.
Locum commutare.
Exercitum aliò deducere.
Soluere obſidionem.
Ab obſidione deſiſtere.
Oppugnationem remittere.
Colligere papiliones.

a Cane, vide *Reede.*

Canels, vide *Gutters.*

to Can or May, vide *Apt.*

to Cancelout, vide *to Croſſe one.*

a Canker.

Cancer morbus, eris in genitiuo ſub neutro genere.
κήρινθος, καρκίνωμα.
Carcinoma. Gangrena.

a Canker worm, that eateth commonly coleworts.

Eruca. Campe. κάμπη.
Maſtax, apud Nicandrum.
Hirſuta Columellæ dicitur.
Brucus. βροῦχος.

Canons, vide *Artillerie.*

a Cap, vide *Hat.*

a ſpaniſh Cape, vide *Cloke.*

a Captaine, a Generall.

Dux militum, primarius, ſummus.
Copiarum dux. Strategus.
Primipilaris. Præfectus militiæ.
Belli ducem agens.
Bellicæ expeditionis dux primarius.
Archiſtrategus.
Primus exercitus dux.
Præfectus equitum cuſtodiæ quos cheros vocant.
Totius equitatus dux præcipuus, præfectus militiæ.
ἀπάρχων στρατιωτῶν.
Cohortis præfectus.
ἀπάρχος ἱππαρχῶν.
Imperator exercitus.
Dux militaris. Exercitus dux.
Copiarum præfectus, apud App.
Capitaneus barbarum eſt, prò quo militum caput rectius diceretur à cuius conſilio & nutu cæteri dependeant.
λοχαγὸς Græcè.
Ordinis militaris inſtructor, imperator ſeu ductor. Rector.
Noſtri decanum vocant, qui contubernio præeſt.
ἐπιστάτης græcis dicitur.
Nam contubernium propriè milites decem ſub vno papilione degentes.

Cardinals.

Proceres cardinei.
Cardinales. Purpurati patres.
Honore galeri punicei decorati.
Quos vaga contecto purpura veſtit equo.
Cardineo inſigniti galero.
Cardineo quorum tegitur corona galero.

to be a Cardinall.

Cardineos gerere titulos.
Pilium ferre rubrum.
Cardinalitio galero ornari.

¶ Cardi-

¶ Cardinalitiæ dignitatis galero donari, insigniri.
Consistorium cardinalium quod vulgo dicimus, rectius seu ornatius.
Pontificum collegium.
Summum consilium.

Care, or thought.

Cura. Anxietas. Angor. Scrupulus.
Molestia. Sollicitudo. Dolor.
Angustia, *vide Diligence.*

Careleſſe, Negligent, in my owne Profite.

Vtilitatis meæ, rationem nullam habui, duxi, spectaui: quidesset è re mea, in rem meam, quid ad rem meam pertineret, in rem meam faceret, conueniret; quid de rebus meis expenderet, prodesset, conduceret, vtile esset, vtilitatem afferret.
Vtilitati, emolumento, bono esset; fructum pareret.
Nullam operam dedi, non laboraui, minime spectaui, curaui, quæsiui, secutus sum, nullum studium posui, nihil industriæ, Operæ locaui, posui, diligentiam nullam adhibui contuli, Res meas iudiligenter administraui, tractaui, *vide Negligent.*

Carefull, vide *Sorrowfull. be Carefull in doing, &c. or take ſome paine, or looke to it.*

Cura. Age curam.
Habe curam. Fac. Dispone.
Euigila. Da operam.
Curæ tibi sit. *μελέτησον.*
Tua curatum abeas.

to be Carefull, Sorowfull, or Doubtfull.

Sollicitum esse. *ἀνδυᾶσθαι.*
Distineri curis.
Angi, enecari sollicitudine.
Angere se animo, apud Terent. *μειμνᾶν.* Curare.
Alicuius rei curam antiquiorem ducere, Præcipuam atque antiquissimam habere curam.
Inter spem & metum fluctuare.
Vltra peram sapere, pro nimis sollicitum esse.
Curis & anxietatibus concidere.
Anxie & sollicite cogitare.
Anxium esse.
Aestuare. Fluctuare.
Consulere, Cogitare.
Satagere. Laborare.
Trepidare. In diuersa rapi.
Sollicitudinibus inquietari.
Vehementer laborare.
μεριμνᾶν.
Pendere animi vel animo, cum genetiuo, vel ablatiuo, vtrumq; apud Ciceronem.
Animo ringi, Angi.
Angore detineri.
Animo, intimis sensibus angi.
Vndis negotiorum distrahi in diuersa.
Curam gerere, agere.
Probe curatum velle.
Distringi curis. Cruciari. discruciari, excruciari sollicitudine.
Curis confici, morderi, tenuari, vri, tabescere, liquescere, pallescere, insistere, mori, carpi.
Curis intentus, confectus, curis, exerceri, potiri curis.
Ingeminant cura.
Cura venit, tenet, tangit, moratur, subit, hærer, mordet, Corpus tenuat.
Vitiat, est feruida.
Solicitudinem parit.
Ratione habere.
Esse in cura.
Oculis ferre, metapho.
Versari in cura.

Curæ

Curæ esse, apud Ciceronem.
Curæ habere, Cic.
Μεριμνάω.
Ista mihi curæ erunt.
ἐμοὶ μελήσει ταῦτα.
¶ Totus toto pectore quis incumbere in curam aliquam dicitur.
Cordi esse.
¶ Curis animum excruciare.
Sollicitudinibus vitam reddere breuiorem.
Arduis rebus, persequendis confici.
Macerare se crastina cura ciborum.
Se excruciare animi dolore.
Cor edere, comedere.
ἐσθίειν τὴν καρδίαν.

to put or take away Care, Thought or Sorow.

Liberare, exoluere curis, finem imponere curis.
Solicitudine, alleuare.
Curas secludere, demere, deponere, dimittere, auertere.
Agitare curas, abijcere, ponere, resoluere, depellere, fallere, diminuere, Sanare, Pellere nubes curarum.
Cura abit, fugit, excedit, deserit, dilabitur, lenteſcit diriutur mero.

I Care not, or I passe not.

Sulque deque fero. ἀδιαφορῶ.
In nullo discrimine pono.
Sulque deque habeo.
Aequi boniq; facio, apud Terent.
Aequo animo fum.
Nihil laboro. Mea non refert.
Manum non verterim. mouerim etiam si domus ruat.
Minimi æstimarim, securus quonam res cadant.
Non magni pendo.
Illud non emerim crepitu digitorum. *vide Man. I care not what losse &c.*

Carpenter.

Faber Lignarius. Faber tignarius.
Materiarius. Abietarius, in Exod.
Carpentarius. τέκτων.
Architectus & architector, qui structuris ædificiorum præest, & fabricanda præscribit.

the master Carpenter.

a Carpet, vide Tapestrie.

to Carie, to Beare, to Bring.

Portare Apportare. Ferre.
Vehere. φέρειν. Ad ferre.
Inuehere. Trahere secum.
Ducere secum.

to Carie in.

Inuehere. Inuectare.
Inferre. Importare.

a Carier, a Messenger.

Tabellarius. ἀπόστολος.
Grammatophorus. Nuncius.
Lator, portitor, gerulus, baiulus literarum. γραμματοφόρος.
Tabellarij fungens munere.
Internuncius.
Nuntius ingenti per regia tecta tumulti ruit.

a Cart, a Chariot, or Coach.

Caruca. Carium, & carrus.
Ciſium, δίφρος.
Benna, dictio gallica.
Cantherium. Rheda.
Epirhedium. Biga.
Birotum. Couinus.
Petoritum apud Horat. φορεῖν.
Capsius, caruca vndique tecta.
Currus breuis.
¶ Ciſium euertere, *to ouerthrowe the Cart.*
Effundere aurigam.
Impetu aurigam solo sternere. *vide VVagon.*

a Cutter

a Carter, a Waineman.

Auriga. Agens currum.
Essedarius. Carrucarius.
Vehicularius. ἁμαξεύς.
Rhedarius. apud Ciceronem.
ξευγηλάτης. Qudrigarius.
Rhedarij officium exercens.
Rector currus.
Agitator pro auriga. Cice.
Vehiculi moderator.
Vector à Cice. positum est pro eo qui vehit. Plaustrarius.
Cisiarius qui Cisium regit, hac voce iurisc. tultus est vsus libro 20. d g.

to Carue, vide to Graue.

to Cast, to Fling downe.

Conjicere. Trajicere.
Pronum sternere sulum.
Iacere. Iaculari. Contorquere.
Dirigere spicula in aliquem.
Iaculum emittere, Torquere.
Projicere Telum.
Intendere sagittam.
Exercere brachia telo.
Ætherias telum contorsit in Auras.

to Cast in ones teeth, to Vpbraide.

Objicere culpam.
Improperare.
Increpare. apud Salustium.
Obiectare.
Ingratitudinis dicam alicui scribere.
Exprobrare. Improbare.
Retricare vlcus. ἐπονειδίζειν.
Probrum objicere. Carinare.

to be Cast aside, vide Set aside.

to Cast abroad, vide to Scatter.

to Cast in minde, vide to Imagine.

a Catarre, vide Rewme.

a Catte.

Felis. αἴσαλαβώτης.
Ælurus. γαλεώτης γαλῆ.
Catus simpliciter, nam Catti sunt Hæssi populi.
Mustela domestica, dicitur à nonnullis.

a Caue, a Denne.

Specus & specu. Spelunca.
Speleum. Lustrum. φωλεός.
Latibulum. Antrum.
Latebra. κευθμών. Lacus.
Scrobs. Cauea. Cauerna.
Crypta. Fouea. βόθυνος. Fossa.
Cuniculus pro loco seu foramine subterraneo occulto.
Abdita, Recessus, Diuerticula, priny corners.
Angulum foueæ & receptus.
Latebrola rupium cauamina. Soli.

a Cause, a Reason, an Occasion, or Meane.

Res. πρᾶγμα.
Causa. Negotium.
Gratia apud antiques pro causa ponebatur, Vnde fluxerunt hæ orationes: mea vel tua gratia, id est, pro mea vel tua causa, in ablatiuo tantum.
Nuptiarum gratia apud Teren.
Nomina sæpe pro causis vel negotijs à Cicerone poni inuenias: Cum tot tibi nominibus acceptam Curtij referrent.
Ergò aduerbium vltima circumflexa ponitur pro causa εἵνεκα. Virgilius in 6. Æneï: Illius ergò venimus.
Peregrinationis ergò.
Virtutis ergò, for vertues sake.
Negotiorum expediendorum ergò.

Negotium

Negotium alicuius agere, *to doe one's busines.*
¶ Rei causam dicere, reddere, *to declare the cause wherefore.*
Rationem reddere, Cice. Quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit.

for that Cause, vide *Therfore.*

not without a Cause, Worthily.

Haud temerè. ἐκ εἰκῆ
Non absre. Non sine causa.
Haud iniuria. Nec iniuria.
Haud immerito. Merito ἐξάκτως.
Iure optimo. Vide, *worthily.*

a Cawdron, vide *Kettell.*

to Cease, to Leaue off.

Supersedere. ἐπέχειν cum genitiuo.
Canere receptui.
ἀπαλλαττειν σαυτὸν.
Omittere inceptum.
Sistere ab incœpto.
Incœpto desistere.
Sistere opus labores.
Demittere. Cessare. Intermittere.
Manum retrabere. Linquere.
Desistere. Desinere.
Conquiescere. Abire incœpto.
Facere intermissionem, Cicero.
Intermittere. In medio rem. relinquere. Suspendere rem.
Subsedere. Parcere.
Omittere & mittere simplex.
Differre in aliud tempus.
Rem non desinere.
In suspenso relinqui, & relinquere apud Plinium.
Finem modumq; ponere, facere.
Anchoram iacere.
Tollere calcar vltorium, prouerb.
Supersedere à vindicta seu vltione quam parabat.
Incidere ludum, *to Leaue the play.*
Incidere studia, remittere.
¶ Omitte quiesce, *Leaue.*
ώσε in imperatiuo.

without Ceasing, vide *Alwaies.*

a Celler or a butterie.

Penarium. Penuarium.
Σπεν. Gallarium. γαλλάριον.
Cella penuaria. Penu.
Cella promptuaria, seu promptuarium. Græcæ ταμεῖον.
Podium. Riscus, apud Terent.

a Censer, a ship wherein frankensence is kept.

Thuribulum Acerra.
Thymiaterion. θυμιατήριον.
Capsula vel arcula thuraria.
Custos thuris, apud Ouid.

I am Certaine, vide *Sure.*

Certainely, vide *without Doubt.*

Certifie me of your businesse.

Fac, redde me certiorem de statu tuo, & de omnibus consilijs.
Significa mihi, expone, aperi, explica, perspicue demonstra rerum tuarum omnium status, quis tuus animus, qui sensus, quæ sint consilia.
Fac vt de tuis rebus, tuisque consilijs, cognoscam, intelligam, certior fiam.
Ex tuis literis erudiar, instruar.
Imaginem rerum omnium, cogitationumq; tuarum literis ostende.

a Certificat, vide *Pasport.*

to Cesse, to Taxe, or Leasy a subsidie.

Censere cum accusatiuo.

Facultates æstimare.
Censere populos.
Censum agere, habere.
ἐξέτασιν ποιεῖν.
Facere æstimationem.
Nouos subinde populos deglubere, exugere, deprimere, exactionibus.
Onus miseræ plebeculæ aggrauare.
Exactiones facere.
Insolitis exactionibus populum, subditos onerare.
Inusitatis & inauditis exactionibus ditiones grauare.
Tributo grauare.
Angariare.
Deglubere tenues. *To pill or pole, &c.*
Emungere, extorquere pecuniam.
Emulgere.
Compilare, expilare plebem decimationibus.
Exactionibus opprimere, atterere.
Tributis subditos premere.
Exugere plebem.
Euiscerare, exossare, exenterare.
Vsque ad viuum miseram plebeculam deglubere.
Ad viuum vsque cutem tondere.
Populum vsque ad radicem arrodere. Erasmus.
Sanguinem sudoresq; plebis vel rusticorum absorbere, ingurgitare.
Explere sitim sanguine pauperum.
Excoriare.
Deuorare vsque ad ossa.
Excarnificare, vel vt habet Vates regius.
Deuorare Dei plebem.

to Chafe, to Fume, to be Angrie.

Indignari. Zelari apud Prophe.
Stomachari. Substomachari.
Gerere iram. Ringi. Tumere.
Infensum, Percitum, concitum esse.
Mordere labrum, seu frenum mordere, prouerbia sunt.
Molestè, indignè, grauiter ægrè ferre.
Ira commoueri. Succensere.
Magnum irarum fluctuare æstu, Virg.
Iracundia turgere, ardere.
Bile tumere atra. Exardere.
Corrugare nares.
Plumbeas iras gerere, apud Plaut.
Bilem ex alicuius rei tædio conceptam effundere.
Infermento iscere.
ὀξὺ τῷ ζυμῇ κεῖσθαι.
Et schemate prouerbiali: Frontem ferire.
Supra modum & impotenter indignari.
Iram euomere omnem.
Virus effundere.

to be Chafed or made Angrie, to be in a rage.

Irasci. Accendi.
Incendi, moueri ira.
Commoueri. Offendi.
Iracundia & indignatione accendi.
Acrius incalescere.
Incandescere. Inflammari.
Dare vela indignationi, iræ apud Pli.
Feruere. Efferbere. Succensere.
Efferuere, vel ebullire. Grauari.
Excandescere, ad furorem præ nimio animi impetu vergunt.
¶ Contra, Deferbere, seu deferuere, refrigeri, vel refrigerari, apud Fabium, ac deflagrari & relanguescere dicitur ira, indignatio, quando, homo mitescit, & placidus fit, & feruor animi consedisse, resedisse, *to be quiet, or well pacified again.*

to Chaine, to Tye in Chaines.

Catenare. Vinculis ferreis vincere.
Catenas injicere alicui, nectere vel induere.
Compescere catena aliquem legare catenis.
Caderem plagas.

In

In casses incidere vel dicidere.
Teneri laqueis.

a Chaire, vide a Stoole.

a Chamber.

Cubiculum. θαλαμος.
Cella. κελλα.
Conclaue, media productæ.
Triclinium veteribus dicebatur ab ordine lectorum.
Thalamus, coniugis vtriusque cubiculum.
Cubiculum interius, remotius.
Cubile, lectus est in quo cubatur.
Ecθeca ἐκθηκα, vel vt alij legunt ἐξεδρα, cubiculum, thalamus, ipõsi proprie.
Pastophorum. 1. Macab. 4. sacerdotis templi domicilium, cubiculum, vel thalamus.
Camera eiusdem non est significati, sed testudinem denotat: tectumq; deuexum & recuruum, a vault.

a Chamber-pot, vide Pisse-pot.

Chamblet.

Vestis vndulata, quod ad vndarum similitudinem picta sit.
Vestis cæmatilis. κωμητικὸν.
Pannus camelinus, grograine mockado &c.
Symbalorum. συμβαλλωνιον.
Viues capripilium vocat in colloquijs quod ex capratum & hircorum pilis fiat.

to Change, to Translate.

Reculas alienis commutare, mutare permutare.
Commutationem facere rerum.

to Change his minde.

Sententiam mutare.
Calculum reducere.
Aliud instituere. ἑτερίζειν.
In varias distrahi sententias.
Quo ego pacto diuorsus distrahor. Co.
Vertere, commutare, mutare sententiam consilium.
Opinionem mutare.
μεταγνωσις μεταβουλιας.
Parum bene institutum recantare.
Flectere sententiam, Sallust.
A proposito resilire, declinare.
Referre pedem.
Animum immutare.
Discedere à sententia, vel de sententia.
Alterius duci suasione.
Mutare institutum.
Mutare mentem, apud Horat.
Vertere animi decretum, Eras.
Pœnitere consilij.
Ab instituto deterreri.
Instituti suppœnitere dicitur, qui sentit sententiam animi sensum labescentem, Erasmus.
Vertere vela, vestigia, prouerb.
Funem reducere.
Vertere consilium rei non satis commodè instituæ.
Imitari nepam id est, cancrum, apud Plaut. to go backe from an vvord.

to Chappe, vide to Gape.

a Chappell, vide Church.

to Charge, or to lay to ones charge, vide to Accuse.

to Charge, or Command, or Bidde.

Committere. Mandare.
Demandare. Onerare mandatis.
Mandata verbis dare. Iubere.
Credere. Concredere.
Dare negotium. Imperare.
Curæ tradere. Præcipere.
Delegare officium, prouinciam.
ἐπιτασσειν. Præscribere.
In manibus dare. ἐγχειριζειν.

Pro quo vulgus ineptiens dicit dare in negotijs. Denunciare.
Iniungere aliquid negotij. Eraſ.
Mandare, tradere prouinciam, negotium, onus. ἐπιτάττω.
Imponere humeris vel in humeros prouinciam.
Curam rerum demandare.
Rei gubernaculis, negotiorum molibus præficere.
In mandatis dare & legare negotium apud Plaut.
Summam rerum alicui committere.

to haue or take a Charge.

Onus ſuſcipere, Supponere Oneri, in mandatis habere. Onus ſubire.
Suſcipere curam.
Non rate molis agebat. Conſtantem debilitauit. Onus Membra grauabat.

a Charge.

Cura. Onus. Pondus.
Prouincia.

to take the Charge of the common wealth.

Capeſcere, Gubernare.
Suſcipere, Gerere, adminiſtrare Rempublicam.

Charges, vide Expenſes. a Chariot, a Coach, vide a Dray, a Wagon or Cart to Chaſe deeres, vide to Hunt.

Chaſte, Pure, Vndefiled.

Pudicus. Caſtus. Integer.
Incorruptus. Illibatus. Inuiolatus.
Immaculatus. Intemeratus.
Continens. Temperans.
Celibem agens vitam. Mundus.
Ab omni muliebri congreſſu alienus.
Purè caſteque viuens.
Laude pudicitiæ celebris.
Caſtum cubile ſeruare.
Me natura pudicum fecerat, & caſto pectore durus eram.
Bellerophontes. Hippolytus.
Hippolytum imitatus.
Telamone caſtior.

Chaſtuie, or Puritie of life.

Caſtitas. Puritas.
Caſtimonia. Integritas.
Munditia & Mundities vitæ.
Continentia. Pudicitia.
ἁγνία. σωφροσύνη.

to Chaſtice the body, to bring downe the wanton fleſh, or to keepe it vnder.

Carnem cohibere, macerare.
Caſtigare corpus, & in ſeruitutem redigere, vt eſt apud Apoſt.
Fraudare, defraudare Genium, id eſt, naturam.
Naturæ negare quod appetit, non ſatisfacere.
Afficere carnem vt obediat ſpiritui, imperio, conſilijs obtemperet, apud Ambro.
Fraudare corpus voluptate.
Subducere cibum & potum.
Cibo ad tempus abſtinere.

to Chaſtice, vide Puniſh a Chatterer, vide a Babler.

by Chance I loſt my cauſe.

Euenit, obuenit, contigit, obtigit, accidit, factum eſt caſu, caſus tulit, fortuna fecit, fortunæ placuit vt cauſa ceciderim, litem perdiderim.

to Change his minde.

In

In ſententia non permanere, non perſiſtere, non perſeuerare, non pergere.
Sententiam, non retinere, non tueri, non ſeruare, à ſententia diſcedere.
Mutare ſententiam, conſilium, opinionem.
Inſtituta curſum opinionis alio, conuertere, flectere.

a Chauncellor.

Chancellarius. Summus index.
Summum iudicem agens.
Index primarius.
Principes ſcribarum.
Ab arciuis, ſcrinijs præfectus, *the maſter of the Rolles.*
Archigrammateus.
ἀρχιγραμματεύς.

to Chawe or Chewe meate.

Maſticare vulgo. φλάειν.
Manſicare à mandere.
Dentibus frangere, conficere.
Dentibus comminuere, conterre, atterere.
Dentes infimiſcas conficere Plauto dicuntur, id eſt molere.

a Cheane, Vide *Color to cheapen,* Vide *to Buy, to make good Cheare, to vſe feaſting, reueling, or banketting.*

Curare corpus.
Inſeparire ventri. γαστρίζειν.
Curare cutem, ſeu curiculam.
Commeſſari. κωμάζειν.
Græcari Pergræcari.
Indulgere genio, gulæque, ventri.
Crapulari κραιπαλίζειν.
Certare poculis vino, mero.
Vrgere culullis, poculis, vino.
Aequis, æqualibus certare hauſtibus.
Vacare corpori gulæ.
Græco more bibere.
Viuere Bacchanalia.
τὰ διονύσια ἄγειν.
Molliter, delicatè viuere.
Lautè, genialiter viuere.
Epulis noctes, diſcque ducere.
Ventrem diſtendere.
Epulari.
Viuere patinas.
Nepotari.
Bacchari.
Magnificè conuiuari.
Bacchanalia celebrare.
εἰλαπινάζειν.
Bellum agere homunculum.
Epulari, obſonare pollucibiliter, & Græcis μεγάλαις κωβωλίαις & μεγίνῃ dicitur, Magnis certare poculis.
Poſcere maioribus poculis. Cic.
Abdomini ſeruire, famulari.
Ingluuiem farcire.
Carpere dulcia, apud Perſium.
Seſe molliter curare.
Feſta celebrare Lyæi,
Orgia viuere.
Potationibus indulgere.
Sibariſſare.
Propinari.
Genialem agere vitam.
Cibo potuque ſe diſtendere.
Vitam agere intemperantem.
Toto anno vel perpetua celebrare Saturnalia, Bacchi orgia. Eſt apud Senecam de Claudio Imperatore ſemper diſtendo & madente.
Vino illecebriſq; diffluere.
Perpetuam madere noctem.
Quotidie Baccho, ſacra facere, idem.
Viuere, abſolutè. Catullus.
Viuamus mea Lesbia.
Curare pelliculam, apud Horat.
Sacrificare genio.
Genium colere accuratius, & bibere *metarius.*

to Checke, to ſpeake ſpiteful words, to Raile vpon, to Sclaunder.

Lædere maledictis, probris petere.
Allatrare, pro conuitiari per metaphoram.
Conuitijs contumelijs degladiari & debacchari.
Fanda pariter & nefanda in aliquem euomere.
Ad leuicula verba tragico inſurgere vel intonare cothurno.
Cauillatione ac maledicentia agere. λοιδορεῖν.
Iactare crimina.
Principem maledictis petulantiſſimè nominatim figere.
Contumeliam, ſcommata, dicta in aliquem iacere.
Nominatim aperteq; in aliquem, in principes, maiores, magiſtratus incurrere.
Soluere in Deos ora.
Militiæ ſuprema quæque in aliquem effundere.
Contumelioſiſſimis nominibus petulantiſſimè diuexare.
Inimica dicere dicta.
Dira precari.
Dentes infigere in aliquem.
Non toleranda afficere contumelia.
Tangere aliquem conuitio, ſcommate.
Edere verba proterita, ſcelerata, impia, aſpera.
Conuitium facere.
Dicere. Fundere.
Conijcere maledicta.
Conuitiari.
Crimina, probra, conuitia, lædoria, congerere.
Mordere dictis.
Virulenta rabie & execrabili furore debacchari.
Inſultare iacenti.
Contumelijs vexare, inſequi, aliquem inuadere.
Quæ mea Calliope læſit.
Laceſſere, proſcindere, conſcindere conuitijs, maledictis.
Lacinare, lacerare, dilacerare conuitijs.
Diſtringere carmine aliquem.
Suum expuere liuorem.
Amarulentè cõuitiari, acuere linguã.
Contumeliam dicere.
Conſputare metaphoricè.
Afficere contumelia, ἀτιμάζειν, αἰσχυνίζειν, βλασφημεῖσθαι.
Dicterijs inceſſere, vel conuitijs.
Inſectari aliquem maledictis.
Probroſis exagitare nominibus.
Probrum ingerere vel objicere.
Conuitijs figere, inſectari. Vide, *to Sclaunder.*

a Checke, a Reproach, or Rebuke.

Conuitium. Maledictum.
Blateramina contumelioſa.
Archelochia edicta.
Contumelia.
Contumelioſa ac virulenta verba, vide *ſhamefully.*

the Cheeke.

Mandibula. γαμφηλὴ.
Maxilla. Mala.
Bucca pro eodem apud Plaut.

to Cheriſh, to make much of.

Fouere. Mulcere. Amplecti.
Complecti. Indulgere.
Charum habere. Magnificare.

Cheerefull, vide *Glad.*

a Cheſill, a Wedge.

Celtes, Cœlum à cælando.
Græcis ἴγκωνος à κόπτω.
Cuneus. σφηνίσκον.
Epiſchidion apud Victru.
Cuneolus ferreus.

a Cheſt,

a Cheſt, a Coffer.

Ciſta. Ciſtula. κίστη. Arca.
Arcella. Arcula. Scrinium.
Scriniolum. γραμματεῖον.
Reconditorium. Cuſtodiarium.
Repoſitorium. Theca. θήκη.
Capſa. Capſella.
Chartophylacium.
Tumbæ, thecæ argenteæ.
Fauiſſæ, reliquiarum capſulæ apud Romanos in Capitolio.

to Chide, to Rebuke, to Reprehend, vide to Brawle.

a Chiding, vide Brawling. Chiefely, vide Eſpecially. a litle Childe, or a Babe.

Puſio. Puer. Puſillus.
Puſillulus. Paruus. Paruulus.
Puellus. παιδίον.
Pupus apud veteres.

a father or motherleſſe Childe.

Orbus. Orba. Orphanus.
Carens parente.

Children.

Liberi. γνήσια παιδία.
Proles. φίλτατα.
Soboles. Pignora, & in ſingulari pignus pro prole Soli de rege Tarquinio probane. Si forte dum regnat pignus ſuſtulit, exuitur poteſtate.

to get or to bring foorth Children.

Tollere, ſuſcipere liberos, prolem, filium ex aliqua, eſt gignere, progignere, quærere.
Liberos generare, progenerare. ἀναιρεῖσθαι παῖδας.
Et ſic dicitur de patre. Suſtulit filium, pro ſuſcepit vel habuit, vt ſit præteritum à tollo.
Filios procreare, gignere. Patrare.
Dare operam prolibus, liberis. παιδοποιεῖν.
Filijs procreandis operam dare.

from his Childhood, Youth, or Infancie.

Ab ineunte ætate.
παιδόθεν. παιδόθεν.
A teneris annis. ἐκ νέας.
A teneris vnguiculis, ſeu vt Græci dicunt, ἐκ τῶν ἀπαλῶν.
εὐθὺς. A paruulo.
ἐκ παιδίου.
A pueritia prima. Puer.
A pueritia. A pueris.
ἐκ παίδων. A paruis.
A primis annis. ἐκ πάνυ.
A rudibus annis.
A tenera ætate.
A primis vitæ rudimentis.
Ab ipſo vitæ limine.
Ab ineunte pueritia, per omnes ætatis gradus, ad ſupremum vſque vitæ diem.
Cùm corpus adhuc à matre ruberet.
A crepundijs.
Ab ipſo vitæ exordio.
Ab incunabulis.
A cunabulis primis.
Ab infantia.
A tenellis vnguibus.
A puero puſillo, apud Plaut.

great with Childe, vide Woman.

a Chimnie.

Humarium. καπνοδόχη.
Caminus. κάμινος.
Infumibulum, fumale, & naris, *the pipe*, proprie quanquam infumibulum pro camino etiam ponatur.

Focus propriè pauimentum sub camino significat. *the hearth.* πυρεῖον. Græcis.

Chippes.

Assulæ. ξυλόμματα.
Clabula vel clauola, apud Var.
Fomes.

to Chop off ones head, vide *to Behead.*

to Christen, vide *to Baptise.*

to Choke, to Strangle.

Suffoco, Præfoco, media producta contra aliquot Grammatistarum opinionem. ἀγχάω.
ἀγχόνη. Interstringere.
Stringere gulam, guttur.
Χειροπνίγειν. Strangulare.
Laqueis implicare colla.
Guttur it per vincula laquei.
Obstringere, constringere collum.
Premere iugulum. Vocem includere.
Obtorto collo gulam præfocare.
Gulam frangere.

to Choose, to elect, to picke out.

Eligere. Deligere ἐκλέγειν.
Delectum agere, & habere.
Suffragijs designare, eligere.
Legere pro eligere apud Cic.
Capere apud Terentium: Me cepêre arbitrum.
Sumere pro eligere, apud Plaut. Sumat aliquem ex populo.
Excepere commodissima, bona quæque, *to picke out the best.*
Suffragium inire, *to elect or chuse by voice.* apud Liu. & Cic.
Libera dare populo suffragia, apud Iune.
Optionem facere, *to giue the Choise.*
Non tam hominum suffragijs quam diuini numinis calculo delectus atque ascitus, *Elected or chosen of God.*
Emendicata, suffragia, apud Gratianum sunt potentium seu nobilium commendationes.
Potioris partis suffragio. *By the most and best voices.*
Electus, creatus, calculis omnium & suffragijs statutus, vno ore, summo consensu, omnium sententia, comprobatione constitutus, designatus, allectus, *Elected or chosen.*
¶ Septem virorum summus in Romano imperio senatus, *the Electors of the Empire.*

Chronicles, vide *Histories. it is Chronicled,* vide *Written.*

a Church, a Temple, Chappell, a Chancell.

Templum. ναός.
Domus Dei, orationis.
Ædes in singulari tantum numero.
Ædes toto terrarum orbe Buscoducis celeberrima.
Ponitur quoq; in numero plurali pro Templo, sed fere semper cum adiectione, vt sacra ædes.
Sacrum, substant. ἱερόν.
Asylum pro templo ponitur poetis.
Lararium apud doctos legi.
Ædicula diminutiuum pro sacello, *a Chappell.*
Sacellum. νεώριον.
Oratorium. Adyton. Sanctuarium.
Delubrum media producta, & Phanum apud veteres idololatras dicebatur, Domus deorum.
Ara. Altare apud Poetas.
Rhenanus in scholijs historiæ tripartitæ scribit olim in Christianismi principio templa Dominica vocari solita, vnde in hodiernum vsque diem

diem lingua vulgari dicimus domine, hoc eſt Dominicum latinè vocis huius vſus eſt in veteſtis, & Greg. Nazian.

κυριακὴ quoque Græcè, noſtrate lingua vulgari *Church* dicimus.

¶ Sacrarium. ἱερορυλακεῖον.

& Cella pars templi ſacratior.

Sacriſtia apud probatos authores nō inuenitur.

to Chriſten, vide *Baptiſme.*

Churliſh, Weward in compane.

Nimium acerbus, durus, difficilis, aſper, tetricus es in conſuetudine.

Conſuetudo tua difficilior eſt, quam propter ſuauitatē nullo expetatur.

Minime iucunda eſt, Amara potius atque odioſa eſt.

Minime accommodatus ad mores, conſuetudinem & naturam es.

Ita te moroſum difficilemq; præbes in conſuetudine.

Ita mores aliorum faſtidis, vt nemo te, tu nemine vti poſſis.

Vt neque tu quenquam, neq; te quiſquam ferre poſſit.

Vt neque tu cuiuſquam conſuetudinem neq; tua quiſquā frui poſſit.

Circumſpect, Warie, Aduiſed.

Prouidus. Proſpiciens.

Circumſpectus. Polytropus.

Cordatus, Sciens. Solers.

Gnarus. Cautus. Intelligens.

Prudens quaſi Prouidens.

Oculos in occipitio gerens, prou.

Alter Ianus. Ταυρῶ δίμορφος.

A fronte ſimul & occipitio oculatus.

to be Circũſpect, to Foreſee.

Cauere. Proſpicere ſibi.

Cautionem habere, adhibere, adiungere.

Circumſpicere, diligenter animaduertere, attendere, prouidere.

Curare. Cogitare. Cogitationem rei alicuius ſuſcipere.

a Citie, vide *Towne. Ciuill*, vide *Gentle.*

a Clapper, a Rattle.

Crepitaculum. κρόταλον.

Crotalum. σύριγξ. Syſtum.

the Clapper of a Bell, or Dore.

Ropalum, campanæ malleus.

ῥόπαλον, & quo oſtium pulſatur malleus impulſor, oſtij annulus, circulus, circus, κίρκος, fores propellens, qui & ῥόπτηρ dicitur.

Eraſmus in Colloquijs circulum illum ferreū ſiue oſtij annulum cornicem vocat, Græci. κόραξ.

to Claw, vide *to Scratch.*

Cleane, Neat, Pure, Chaſt, Vndefiled.

Purus. Mundus. Terſus.

Politus. Immaculatus. Integer.

Pudicus. Inuiolatus.

Incorruptus. Intemeratus.

Illibatus. *Vnſpotted.*

¶ Nullas ferens ſordes.

Inſolens ſordium.

Munditiarum perquàm ſtudioſus.

Mundulus.

¶ Caſtus. ἁγνός.

Cum Bellerophonte pudicitia audens contendere.

Spectatum ſatis & magnū continentiæ exemplum.

Sine vlla libidinis vel turpitudinis nota.

Falluntur qui idem ſignificare putant cælibem quod caſtum, nam cælebs is propriè dicitur, qui vxorem amiſit

misit, vel certe iam non habet, etiam si habeat concubinas. Vide, *Chaste.*

a Cleane or a Pure heart.

Cor purum, mundum.
Tersum, Conscia mens recti.
Cor liberum & vitijs, castum.
Expurgatum à peccatorum sordibus.
Nullius sibi mali conscium.
καθάριον. Sine macula.
Sine labe. Syncerum.
Bona fide, recta mente aliquid facere, efficere.
Nitidum, Albicans. Defecatum.

to make Cleane, to Wype, to Cleanse.

Abluere. Eluere.
Lustrare. Purgare.
Mundare. Detergere.
Purificare. Expurgare.
καθαίρειν. Sordibus liberare.
Mundificare. Emundare labem.
Expiare. Emaculare.

Cleare, Pure, Bright, Shining.

Clarum. Splendidum.
Fulgidum. Nitidum.
Serenum. Limpidum.
Coruscum. Luculentum.
Purum. Perlucidum & Pellucidum.
Lucidum. Perspicuum.
Transluciduin. Euidens.
Non obscurum. Liquidum.
Sole meridiano clarius. Nitens.
Solaribus radijs lucidus, radiantius.
Vitream habens perspicuitatem.
Quod vel cæco appareat.
Quod puero perspicuum sit.

to Cleare himselfe, vide *to Purge.*

Clearely, Euidently, Manifestly, Plainely.

Manifestè. Liquidè. Planè.
Clarè. Apertè. διαφανῶς.
Ad liquidum, apud Hiero. σαφῶς.
Dilucidè. Luculenter.
Luculentissimè. Euidenter.
Splendidè. Lucidè.
Perspicuè. Distinctè. Disertè.

to Cleaue.

Findere, Cuneis scindere.
Quadrifidam quercum cuneis scindere.
Rimam facere, ducere.

to Climbe, to Mount, to Ascend.

Ascendere. Conscendere.
Summi fastigia tecti ascensu superare.
Euadere ad summi fastigia culminis.
Niti gradibus.

to Cloath, to Apparell, to put on a Garment.

Induere vestem, Conuestire.
Inuestire, Circumuestire.
Velare corpora, Imo velamine fingere.
Insignire amictu.
Circundare amictu corpus.
Veste corpus tegere.
Vestem induere injicere amictum.

a Cloathing, a Garment, vide *Apparell.*

a Clocke, a Dyall.

Horologium. Sciaterion.
ὡρόσκοπα, ἡλιοτρόπια, ἀσκλήπια, Græcis dicuntur.
Horologium solare, & solarium generali vocabulo quod ad vmbras solis horas demonstrat, siue pendeat, siue iaceat, hoc est, siue verticale sit, siue australe.

Clepsydra,

Clepſydra, horologium aquarium.
Clepſammidion, apud Eraſmum.
Sciatericum. quod inepte Compaſſum vulgus dicit.
Pyxidecula Hermolao Barbaro nominatur, qua nautæ vtuntur.
Gnomon, ſtylus vel Solis vmbelicus, vt Plinio appellatur, qui horas ſignificat, *the vviſer.*
Index horarius, idem. Sciatheras.

a Cloake, a ſpaniſh Cape.

Pallium Græcorum. ἱμάτιον.
Toga Romanorum.
Re Cinium cucullatum, ac Cucullio, apud Viuem, pallium Hiſpanicum.
Penula, lacerna, pallium itinerarium. διπλοίδιον. Veſtis villoſa, hirſuta.
Amiculum. Palliorum.
Tegmen à Cicerone dicitur.
Impluuium. Sagulum.
Sagum villoſum eadem ſunt. σάγος.
Palla mulierum propriè eſt.
Chlamys militum.
Paludamentum & Epheſtris, *a Caſte ſymour.*

to Cloſe, vide *to Hide.*

to Cloſe ones eyes, vide *Eyes.*

Clowniſh, vide *Rude.*

a Cluſter of Grapes, vide *Grapes.*

a Cobler, vide *Tailer.*

a Coach, vide *Dray or Litter.*

a Cocke birde.

Gallus, li. Gallinaceus ſubſtantiuum ἀλεκτωρ, quod nos à lecto exuſcitet ſic dictus Græcis.
Et Gallus gallinaceus.
Criſtata volucris, ales.
Ales lucis, ſeu diei nuncius.
Excubitorq; diem cantu prædixerat ales.

a Cocke, a Spigot, vide *Tappe.*

Cockle among corne.

Lolium. ζιζάνιον.
Zizanium, & Zizania.
Æra. Ægilops. Feſtuca.
Auena ſterilis. Virg.

a Cod-fiſh.

Aſellus. Eraſmo & alijs dicitur, ὄπσακος Græcâ, piſcis (vt ſcribit Galenus) facilis digeſtionis.
Capito, onis. N. G.
Pompius à nonnullis dicitur, præſertim Murmel. vnde quidam.
Pompius à tumido venit cui corpore nomen.
Milago. in Germania ſuperiori vocatur, idem credo piſcis qui nobis.
Aſellus dictus.
¶ Salpa, piſcis idem uento induratus, *Stock-fiſh*, quem alij Bergolium, nonnulli ſtrumulum vocant.

a Coffer, vide *Cheſt.*

a Coffin, vide *Biere.*

a Coife, a Calle.

Galericulum. Riticulum.
καταφαλάκρα. Retiolum.
Crobylum, κρωβύλος, retiolum vel reticulum comam continens.
Vitta propriè mulierum. ταινία.

Colde.

Frigus. Frigor. ψῦχος.
Rigor. ἔῤῥιγος.
Glacie frigidior. Pruina.
Gelicidium. Gelu vel gelus.

to be or to ſuffer Colde.

¶ Frigere. Algere. Rigere gelu.
Obrigere hyberno frigore.
Dirigere, apud Virg. Frigore obrigeſcere. Confici frigore.
Hybernis menſibus, temporibus frigore concuti, *to haue great Colde.*
Horrere.
Glacialem actum experiri.
Frigore lapſa cadunt folia.
Concreſcunt currenti in flumine cruſtæ.
Vndaſque iam tergo ferratos ſuſtinet orbes.
Algeſcere, frigeſcere, rigeſcere, &c. inchoatiua.
¶ Frigidum, algidum, gelidum, pruinoſum, glaciale, brumale, hybernum, hyemale.

a Coller, a Chaine, an Ouch, or Brooch.

Monile. Segmentum, apud Valerium Maximum.
Torques & ſecundum Probum grammaticum Torquis.
Χλοιὸς. ὑπηρεαχάλινον. Murenula.
¶ Torques aurei velleris torque aliquem honeſtare, Munere & ſocietate aurei velleris aliquem dignari, decorare.
Miles ordinis aurei velleris.

a dogges Coller.

Collare canum. Melium.
Millum & millus.
Collare canum venaticorum confixum clauis ferreis eminentibus aduerſus impetum quorumcunque.
Collaria, apud Plautum.

Colewortes.

Braſſica. Lampſana.
Caulis. κραυλὸς.
Braſſica Appiana, quæ alio nomine Caputium, & Sedilana dicitur.

to Come againe, vide Returne.

to Come againſt, vide Meete.

to Come before, vide to Preuent.

to Come foorth, or to go abroad.

Exire in publicum.
Prodire in orbis theatrũ, in publicũ.
Venire ſub oculos hominum.
Prodire.
Procedere in ſolem. Teren.
Prodire, venire in lucem ſub hominum conſpectum, in publicum, in lucem & in hominum manus.
Exire. Exire officinam.

Come hither.

Huc iter accelera. Huc greſſus moue.
Accurre huc. Teren.
Adſis. πάρειθι. Adeſto.
Ades abſolutè, pro veni, accede.
Per pedem huc. Huc iter dirige.
Huc contende. Huc flecte greſſum.
Adeſdum paucis te volo.

to Come in good time.

Commodùm venire, adeſſe. Sallu. vbi commodùm eſt aduerbium.
Pro opportunè. κατὰ καιρόν.
Venire, aduenire in tempore.
Opportune, commodè, optimè ſe offerre, aduenire, adeſſe.
Oppido, Opportunè te obtuliſti mihi obuiam. Terent.

to Come in vſe or cuſtome

Abire in morem.
In conſuetudinem venire, abire, exire.
Irrepere paulatim.

In

In vſum abire.
Inoleſcere. Inolere.
Serpit hæc conſuetudo per homines.

to Come to paſſe, vide *to Happen.*

I will Come quickely, vide *not Tarrie.*

to Come ſlowly, Leaſurely.

Tardè venire. Serpere.
Pedetentim ire, *Feete for feete.*
Teſtudineo vti gradu.
Itineri, plateæ immorari.
Nectere moras.

to Come to himſelfe againe.

Ad ſe redire, apud Terent. Reddi ſibi,
Remigrat animus nunc demum mihi.
Colligere ſe, eſt diſſipatas animi partes in ſuum rurſus locum cogere quando depulſa mentis perturbatione quietior quis redditur.

it Commeth, or Riſeth from thence.

Hinc vel inde proficiſcitur, venit prouenit, profluit, manat, dimanat, oritur, ſurgit, fluit, naſcitur, exit, originem ducit, permanat.
Huius mali cauſa in re tota reſidet, quod huc calamitatis omnes reciderimus.
Cauſari pro originem ducere, Morbus cauſatur ex corrupta natura.
Peccata ex vitijs manant, vt ſcribit Cicero. Hinc ortum eſt, natum eſt malorum agmen.
Ille author eſt, origo, principium.
Radix malorum omnium.
ἀρχὰ. μίζιον.
His exordijs, his fontibus cæpit vitiorum colluuies, turba malorum.
Hæc culpa. Hic error.
Exorta omnia à te.
Hoc ſeminarium fuit.
Ex vno fonte omnia ſcelera manare cernimus. Cice. Ex hoc fonte.

to Comfort, to Solace, to recreate, or Refreſh.

Solari. παραμυθεῖν.
Lenire aliquem conſolatione, amicis verbis. Delinire.
Dare ſolatia, Cice.
Vti ſolatio.
Lenire metapho. vt Expleſie pro conſolari, apud Terent.
Solamen adferre. Solatia, conſolationem adhibere, Solatio eſſe.
Triſtibus rebus ſolatia ſupponere.
Oblectare animum. Dolorem animi lenire. Conſolari.
ψυχαγωγεῖν. παραμυθεῖν.
Dolorem leuare.
Amorem ſolatur muſa.
Remedium ferre dolotibus.
Mœrorem minuere vel abſtergere, excutere.
Pectus tranquillitati reddere.
Conſolatione lenire.
Lachrymas alicuius ſolari.
Erigere afflictos, apud Ciceronem.
Animum erigere conſolationibus.
Anxios leuare, & ad meliorem ſpem euehere. Vide, *to Encourage.*

Comfort, Conſolation, Recreation.

Solamen. Solatium. Conſolatio.
Lenimen. Leuamen. Subleuamen, curæ cauſuſque.
Alleuatio. Recreatio.
Alleuamentum, apud Cice.
Oblectamentum. ψυχαγωγία.
Delectamentum. Delenimen.

Comfortleſſe, or vncomfortable.

Nihil eſt quod ſolatium, conſolationem præbere, afferre, parere, ſolatio eſſe, conſolationi eſſe mihi poſſit.

Nulla

Nulla res eſt, quæ creare, reficere, leuare, vindicare, à dolore, liberare ſollicitudine, eximere dolore, abducere à cura, auocare à moleſtia, abſtrahere auellere à mœrore animum meum poſſit.

Nulla iam conſolatio animum meum afflictum, languentem, iacentem erigere, excitare, confirmare poteſt.

Peſſime affecto animo, ægrotanti, laboranti mederi ſatis nulla ratio valet.

Parum apta remedia reperiuntur, inutilis, infirmus, inanis ſuperuacanea prorſus omnis medicina eſt.

Comlineſſe, vide *Handſomneſſe.*

to Command a thing vnpoſſible.

Tu mihi imponis, imperas mandas, præcipis, iubes, committis, quæ ſuſtinere non poſſum.

Quæ vires meas exuperant, quæ præſtare, efficere, perficere exequi vix poſſum.

Magni negotij eſt, ſummæ difficultatis, operæ non exiguæ, ad exitum ea perducere, quæ in mandatis à te habeo.

Dura nimis, grauia, difficilia mihi imperas.

a Commandement, a Statute, an Act of Parliament.

Edictum.	Imperatum.
Mandatum.	Decretum.
Statutum.	Præſcriptum.
Lex. νομὸς.	Rogatio idem.
Præceptum.	Iuſſum.
Lege cautum.	Sancitum.
δόγμα.	Conſultum.
Imperium.	Senatuſconſultum.
ἐντολὴ, διάταγμα.	

cruell Commandements.

Imperia Manliana.

Phalaridis imperium.

Zaleuci lex prouerb. pro edicto mandatoq; plus ſatis rigido, parúmq; humano.

Iugum duriſſimum, in Biblijs.

to publiſh, to make or ſet foorth a Commandement or Proclamation.

Indicere, præſcribere legem.

Edicere, ſeu edicto præcipere.

Facere plebeſcitum, ſenatuſconſultum. ferre legem. Imperare. εἰσφέρειν νομόν.

Legem inſtituere, conſtituere, promulgare, ſancire, componere, imponere, ſcribere, iubere.

Rogare legem. Sciſcere.

Leges trahere, Mandata dare, *To ſet foorth.*

Rogationes ſcire.

Decretum facere, interponere.

Ponere decretum. Iubere.

Decernere. Statuere.

Statuere decretum, apud Hieron.

to Commence an action, vide *to Sue the lawe.*

to commend one friend to an other.

Sic eum tibi commendo, vt maiore cura, ſtudio, ſollicitudine animi non poſſim.

Quanti te facio, quanti es apud me, quanta mea eſt erga te obſeruantia, quantum tibi tribuo, tibi defero, pro mea de te opinione, pro animo, volúntate, ſtudio in te meo, peto à te vt hominem ſuſcipias, complectare, foueas, in tuis habeas.

Vt eum mea causa, tua auctoritate, conseruatum velis, cures vt exhac mea commendatione mihi quam maximas agat gratias.
Vt intelligat hanc meam commendationem sibi apud te, maximo adiumento, & ornamento fuisse.
Eum (si me diligis) eo numero cura vt habeas, quo meipsum.

to Commit or leaue the matter vnto God.

Dijs permittere, committere.
Deo fortunæq; committere.
Permittere diuis, apud Horat.
Dare se fatis, apud Virg.
Ioui fuerint hæc omnia curæ.

to Commit a great or haynous fact.

Conficere, patrare facinus.
Admittere, perpetrare, committere, edere, designare facinus indignum, flagitium, noxam, turpe aliquid.
Facere facinus indignum se aut suo genere.
Facere capital, id est, facinus capitale, Plaut.
Facere nefas, scelus, flagitium.
Committere, edere facinus, scelus in parriam.
Quod scelus, quod facinus parricida non ædidit.
Immanes æquare crimine Gacos.

it is Common, or Vulgare.

Protritum. Tritum.
Triuiale. Vulgare.
Vulgatum. Peruulgatum.
Populare. Promiscuum.
Commune. Quotidianum.
Passim obuium. ἐγχώριον.

a Common Prouerbe or saying.

Prouerbium. Diuerbium.
Adagium vel Adagio.
Vetus verbum.
Vulgi fabula, dicterium.
Dictum celebre, celebratum.
Vulgo iactitata sententia.
Paræmia.
Populi dispersa per auras fama.

Commonly, for the most part, euery where.

Passim. Vulgo.
παυδημεί.
Plerúmq; adiuerbi. Popularitet.
Ab uniuerso populo.
In compitis, triuijs.
Publicè. Publicitus.
Triuialiter.
Vt plurimum.

Commoditie, vide *Profit & Pleasure.*

Commodious, vide *Profitable.*

a Commotion or Sedition.

Seditio. Factio.
Conspiratio. Motus.
Tempestas. Perturbatio rerum.
Rerum nouarum molitio.
Tumultus. Turba.
Turbatio. Dissentio.
Commotio. Controuersia.
Diuisidium. Scisma.
Diuisio. Discordia.
δυχόνοια. διάβολια.
Coitio arcana & factiosa pactio.
Tyria maria. prouerb. pro ingentibus turbis, re admodum tumultuosa.
Et ἀναρχία Græcè, significat populi rebellionem, contumaciam, quum nullo principe tumultuantur, nulli parens, pro sua libidine rem gerens, vide *Sedition.*

a great Companie.

Turba. Agmen.
Multitudo. Cohors.
Caterua. Phalanx.
Cœtus. Turma.
Grex. Frequentia. Vide, *Multitudo.*

Companions, Fellowes, Mates.

Sodales. ἑταῖροι.
Quos ego dilexi fraterno amore ſodales.
Contubernales.
Commilitones. Socij.
Compares ſubſtantiuè.
Conſorres.
Comites, apud Iuca. pro ſocijs.
Sub eodem papilione verſantes.
Comites & ſocios ſæpe coniungit. Cicero.
Collegæ ſocij etiam ſunt, ſed indignitate aliqua.
Sed complices in malo, in ſcelere, participes, ſocietate ſcelerum obſtricti, *of one ſort or company.*
Ejuſdem farinæ.
Eiuſdem factionis.
Ex eodem grege.

to Compare, vide *to Liken, not Comparable to him.*

Non eſt cum illo comparandus, conferendus æquandus, coæquandus, æquiparandus.

a Compariſon, vide *Likeneſſe.*

to haue Compaſſion or mercie, or to take Pitie.

Compati. Condolere.
Miſereri. οἰκτείρειν.
Miſerari & commiſerari.
Miſereſcere. Miſeret me tui. Commoueri. Moueri miſericordia, valde moueri.
Reſpicere & ſolari iacentem.
συμπαθεῖν, miſericordia capi. Cic. Tuo mœrore maceror, maceſſo, conſeneſco, & tabeſco miſer.
¶ Contra. Viſcera, cor claudere egeno, inopi non miſereri.

to Compaſſe a matter in few words.

Dicta ſummatim colligere.
Summam conferre.
Reſigere in ſummam.
Redigere in ſummam.
Recapitulare.
Capita rerum ſummatim repetere.
ſummatim inſtaurare.
Paucis ſententiæ rationem reddere.
Conferre rem in pauca.
Paucis abſoluere, concludere.
Summa rerum decerpere, vno faſſe complecti. prouerb. *to touch the ground of the matter.*
Ne quæ ſunt infinita proſequar, ſummatim dicam.
Rerum ſummam quam potero, pauciſſimis perſtringam. Multa prætermittendo, coronidem inſero.
Summam rei in pauca conferre.
Rerum capita ſtrictim perſequi. non longis laxiſq; verborum periſtromatis orationem perducere.
Ad capita redigere.
ἀνακεφαλαίωσις.
Fuſius ſparſimque, dicta paucis repetere.
Perorare id Latinis dicitur. Et epilogum texere.

to Compaſſe about.

Circundare. Circumire.
Vallare. Circumfundere.
Ambire. Vide, *to Enuiron.*

to Compell, to Conſtraine.

Perpellere. Pertrahere. Cogere.

Cogere. Adigere.
ἀναγκάζειν. Vim facere.
Compellere. Impellere.
Vrgere. Protrudere.
συμβιάζειν.
Obtorto vellit collo vel mento trahere, pertrahere, id est, volentem, nolentem ad aliquid perpellere agendum.

to Compesse, vide *to Dung.*

to Complaine, to Lament.

Queri deponens. Conqueri.
δεῖσθαι ποιεῖσθαι μέμφεσθαι.
Deflere in sinu amici. Plin.
Ægrè ferre. Lamentari.
Ponere, deferre querelas, querimoniam deponere.
Effundere questus.
Edere. Sonare.
In querelarum vocem erumpere.
Querulari. Queri iniuriam fati.
Rumpere questus, querelas pectore.
Questibus semper nouis fatigare.
Questus dare pro conqueri.
Peragere querelam.
Quiritare vel quiritari.
Replere querelis.
Canere de Telamone, proverb.
Implere vlulatibus.
Crepare pauperiem, id est, conqueri super pauperiem.
Querelas meditari.
Querelam, querimoniam habere.
Deplorare. Expostulare.
Querelas habere. Queri grauiter absolutè, apud Cic.
Supprimere querelas, Interrumpere.
Mœstis locis questibus implet, Virgilius.
Querela venit, incidit minor verbo.
Querela venit ante diem, quæ est intempestiue.

Complaining, vide *Mourning.*

a Complaint, a Lamentation or mone.

Querula. Querimonia.
Questus. Iiulatus.
Fletus. Gemitus.
Lamentatio. Questio.
Conquestio. μεμψις.

Complexion.

Temperatura naturalis, quam complexionem vulgus dicit.
Temperamentum, temperatura corporis.
Naturalis constitutio.
Conglutinauit hominem natura optimè.
Habitudo, habitus corporis. ἕξις κράσις τοῦ σώματος.
Constitutio corporis à L. Viue vocatur.
Tenellæ constitutionis, *Tender, nice.*
¶ Bona corporis constitutio.
Corpus bene constitutum, optimè compactum. *of a strong Complexion.*

to Compose, or to make any meeter, or prose.

Numeris astringere. Cogere verba in pedes.
Ludere numeris, modis.
Fundere versus, orationem, apud Cic. Tusc. 1. pro largiter vel abundanter præbere, componere, fœlici quadam componendi promptitudine.
Carmina edere.
Canere. Poetæ dicuntur carmina cõdentes ἀείδειν. Græcis similiter, id est, cantare quod propriè poetarum est.
Volumen efficere, condere, Cic.
Elaborare aliquid dignum chartis.
Condere poema, quod vulgus versificari dicit. Cudere.
Excudere. Fingere. Effingere.

Elucubrare. Elaborare.
Scribere librum, ἐκπολυπραγμονεῖν.
Confingere. Pangere versus.
Condere carmen. ποιεῖν.
Componere, conficere, scribere, facere poema, versus, libros.
Deducere versus, Horat.
Temporario ludere spiritu.

to Conceaue, vide Engender.

to Conceiue, vide to Imagine.

Concord, vide Agreement.

to Condemne to death.

Mortis sententiam dicere, proferre.
Nigrum præfigere Theta. Persius.
Damnare. Condemnare.
Addicere supplicio.
Adiudicare morti, neci, supplicio crucis, suspendio.
Morti addicere.
Damnare rei capitalis, capite, vel capitis.
Mortis sententia damnare.
Extimæ neci tradere.
Nigris coruis damnare in escam.
Indicta causa damnare.
ἀκρίτους κρίνειν.
¶ Capitali sententia damnari.
Iudicum sententijs ad capitale supplicium condemnari.
Capitalem accipere sententiam.
Offendere iudices. Cic.

Conduits, vide Riuers.

to Confesse, to acknowledge, to Graunt.

Agnoscere. Testari. Fateri.
ἀνομολογεῖσθαι. Concedere.
Audire, quamuis aliquando iungantur, audio & fateor.

to Confesse his sinnes or faults.

Confiteri. ὁμολογεῖν.
Culpas solemni Papistarum more sacrificio fateri, agnoscere.
Mentis vulnera aperire.
Pandere secreta pectoris.
Exomologesin facere.
ἐξομολογεῖσθαι.
Confiteri crimina, errata admissa.
Exonerare conscientiam.
Auricularem facere confessionem.
Aperire animum in confessione.
Sacerdoti scelera commissa fateri.
Scelerum sententiam purgare.
Expurgare vetus peccatorum fermentum.
Profundere, effundere in sinum, in aures fratris tui per humilem confessionem quicquid noxarum affiduitate peccandi contraxeris.
Confessione crimina detegere.
Flagitium secreta confessione declarare, agnoscere.
Detegere conscientiam, commissa, pondera peccatorum prementia, exitialia scelera.
Depellere corpore næuos.
Turgens sanie pectoris hulcus rescindere, reuelare sacerdoti.
Cordis orisque confessionem posito pudore ingenuè facere.
Peccata diligenter excussa sacerdotum auribus censenda deponere.

to Confiscate goods, to make Forfet.

Confiscare. Proscribere.
Committere apud iurisconsul.
Facultates in regium fiscum redigere.
Repertis titulis opes in principis cõuertere fiscum.
Bona omnia, facultates adimere.
Prædia in publicum committere.

In

In publicum addicere, & Græcè πωλεῖν ἀφοσιοῦσθαι. Ærario applicari dicitur.
Addicere fortunas, bona alicuius pro scribere.
Prædia bonaque fiscus tradere dicitur.
In publicum ærarij ius redigere facultates ex condemnatione.
Publicare. Cicero.
Bona eius censeo publicè possidenda.
Ad fisci ius sociare.

to Confute, vide *Ouercome.*

a Congregation, an Assembly or great company of men or people.

Cœtus. Multitudo.
Frequentia. Turba.
Numerus. Concio.
Conuentus. Comitium.
Conuenticulum in malum frequentius accipitur, pro conuentu sceleratorum, flagitiosorum.
Congregatio. Plebs.
Populi coaceruatio.
Deperata plebis fex, colluuies.
Vulgus ignobile, mobile, quod semper muratur cum principe, inconstans, clamosum.
Fex vulgi, opificum. Infimates.
Imperita, incondita multitudo, cuius plerumque opinio, tantum à veritate distat Platone & Seneca authoribus, quantum ea quæ absunt maximè.
Populus quem Horatius Platonem sequutus vocat Beluam multorum capitum, & ne micam quidem salis in toto habet pectore, qui beluæ illi placere studet.
Dominus polycephalus.

to Conquere a Realme or a countrey, vide *to Winne.*

to haue a burdened or a gnawing Conscience.

Habet conscientiam mille peccatorum morsibus quasi stimulis vulneratam.
Perpetuis agitari mordacis conscientiæ stimulis, quod vulgo dicitur Remorsum habere conscientiæ.
Pondere conscientiæ premi.
Conscientia stimulari, morderi, grauissimè excruciari, angi, agitari, torqueri, grauiter mirificè diuexari.
Mors & iudicium quoque dicuntur pectora turbulentissimis terrorum procellis perturbare, acerrimis anxietatum arietibus quatere, oppugnare, patrati sceleris ream conscientiam validissimo ariete concutere.
Vermis conscientiæ qui nũquam moritur, in sacris, Theologi quidam Synteresim vocant.
Infestissimus conscientiæ remorsus.
Conscientia carnificina, remorsus perpetuus, surdum verber.
Conscientia exulceratæ, scelerum multitudine exagitata, impiosque vrgens.
Maleficti conscientia.
Nocte dieque suum gestans in pectore testem. Iuuena.
Conscia mens sceleris pauido sub pectore semper, Vltrices patitur furias.
Fœda scelerum colluuie temerata cõscientia.
Alastor, Nemesis, faces scelerosis immittens, malorum conscientiam surdo verbere cædens, vt est apud Iuuenalem, & perpetuis stimulis sollicitans animum, vermeq; nunquam morituro rodens.
Afflictæ conscientiæ quis esse dicitur quem reatus malæ conscientiæ exagitat, apud quem relinquit vesti-

gia pœnitudinis remordentis conſcientiæ.

to Conſecrate, vide *Dedicate.*

to Conſent, to Agree.

Conuenire. ἁρμόττειν.
Concordare. Cohærere.
Sine controuerſia eſſe.
Congruere. Suffragari.
Conſentire. Aſſentiri.
Quadrare. Conſonare.
Senſus quoque dicuntur congruere, Cice.
Noſtri ſenſus vt in pace ſemper, ſic in bello etiam congruebant. Idem: De amicitia omnes vno ore conſentiunt, omnes ad vnum idem ſentiunt.

of one Conſent, Minde, or Opinion, to Approue.

Adſtipulari. Suffragari.
Adhærere. Subſcribere.
προσγράφειν cum datiuo.
Aſſentiri ſententiæ.
φέρειν ψῆφον. Acclamare.
Accedere ſententiæ, & ad ſententiam.
Concurrere in ſententiam, Cice.
Adprobare & comprobare ſententiam.
Vna mente conſentire, Cice.
Conſentire. Idem ſentire.
Adprobare. Concedere.
Admittere. Addere calculum, vel adjicere. ἐπιψηφίζειν.
Pedibus manibuſque ire in alicuius ſententiam.
Digitum tollere, quod hodie quoque ſuffragantis & annuentis ſignum eſt.
Conſentiunt, concinnunt ſententiæ noſtræ, nihil à tua mea diſtat, diſſentit, diſcrepat opinio.
Idem ſentimus, à tuo iudicio mea ſententia non abhorret.
Idem, ſequimur, idem & vtriuſque ſenſus.
Diſſenſio inter nos nulla eſt, diſſenſionis aut controuerſiæ nihil.
Idem ſentio quod tu, meus cum tuo ſenſus congruit, conſilium mihi tuum probatu.
Hæc mihi tecum conueniunt.
Probare. Recipere.
Album addere calculum.
Λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι. apud Lucianum.
Adſcribere, apud Ciceronem.
Aſſentire voce actiua apud Cice. ſed rarius quam aſſentiri inuenias.
Eiuſdem eſſe opinionis, ſententiæ.
Concordare. συναγορεύειν.
Omnium calculis, punctis, ſuffragijs, & vno ore approbare.
Toto corpore, manibus pedibuſque in ſententiam diſcedere.
Nam vt ſcribit Flauius Vopiſcus, olim porrectione quoque manuum ſententia comprobatur.

of great Conſequence, vide *Weight.*

to Conſider, to Take heede, to giue good eare.

Animum intendere, aduertere.
Animaduertere. διανεῦν.
Aduertere. Attendere.
Adhibere mentem, animum alicui rei. προσέχειν ἐπίσχειν τὸν ἢ τῷ ἢ γνώμην τινὸς.
Aurem admouere. Penſitare.
Eſſe auribus purgatis. Penſare.
Animum adplicare.
Omnes cogitationes, animi vim intendere.
Intendere. Conſiderare.
Diligenter conſiderare, percipere.
Animo luſtrare. Penſiculare.
Animi neruos intendere. Librare.
Attente audire. Notare.
Aures accommodare. Trutinare.

Atten-

Attendere ad rem aliquam.
Diligenter & attente expendere.
Attentum ſe præbere. Cogitare.
Corde percipere.
Reputare in animo.
Arrectas aduertere aures.
Intentis, arrectis ſtare auribus.
ὠτακοεῖν. Auſcultare.
Auſcultare auribus arrectis, purgatis
Arrigere, arrigere aures.
Coniectum agere.
Commodare operam auritum.
Facere aucupium auribus, Cicer.
Vigiles monitis aduertere mentes.
¶ Cernere.
Videre oculis, emphaticẽ.
Cernere oculis, animo, vel mente, vide *to Muſe.*

Conſider what you are, vide *know your ſelfe.*

to Conſider diligently, vide *to View, to Examine.*

Conſtant, vide *Stable.*

Conſtancie.

Fides. Fidelitas. Conſtantia.
Stabilitas. Immutabilitas

to Conſtraine, vide *Compel.*

to Conſult, to Deliberate, to take aduiſement.

Conſulere. Conſultare.
Deliberare. Concipere animo.
Conſulere quid facto opus ſit.
Conſilia agitare, & communicare inter ſe.
Pertrectare.
Capere, inire conſilium.
Conſtituere, inſtituere, cogitare cum animo vel in animo, eſt deliberare.
Quid facto opus ſit in medium conferre.
Fert animus mutatas dicere formas.
Conſilij capiẽdi vel deliberandi cauſa conuenire.
In abdito conſilia agitare de euertendis diuitum fortunis.
Capita, conſilia conferre, apud Senecam & Terentium.
Conſiliari, apud Cic. ad Att. 3 5 ſignificat etiam conſulere vel deliberare.

to Conſume, to Spend, to Waſt riotouſly.

Patrimonium decoquere.
Ligurire. Profundere.
Fortunas ſuas, bona patris abligurire, effundere.
Haurire.
Abſumere omnia. Vorare.
Omnia ventriculo donare.
Conficere bona pro dilapidare.
Dimittere in viſcera cenſum, vt vulgus loquitur.
Gallorum gallinaceorum incuſare ventrem, prouerb. quod huic animanti venter ſit mirificè calidus.
Dru quæſita & ſumma congeſta ſollicitudine præcipiti effuſione dilapidare, & quadam al ſorbere voragine, apud Ambro.
Conrurbare acceptam pecuniã, nummos, rem.
Fundatam paternis auitiſque opibus domum exhaurire. Quin.
Quod per ſcelus adeptus ſit id per luxuriam effundere atque conſumere. Cicero.
Exhaurire. Prodigere.
Dilapidare. Perdere.
Deuorare pecuniam omnem.
Heluari. Conſumere.
Cice. Iactaram patrimonij facio, rem familiarem dilabi ſino, patrimonium effundo.
Diſſipare. διασκεδάζειν.
Indulgere popinis.
Per luxum & voluptatem conſumere.

Diſpergere opes.
κατανάλωσιν. Conſumere.
κατασπατᾶν. Defrigere.
Edere, bibere, remq; omnem diſpergere confringere.
Corrumpere rem familiarem. Sallu.
Atterere opes.
Rem ſtringere.
In luxum inſumere.
ὑπερανάλισκειν. Inſumere.
Conficere argumentum alterius pro conſumere, *to Spend.*
Erogare. Expendere.
Expenere, pro expendere.

to Conſume one, or to make one Poore.

Comedere aliquem, abligurire.
Exedere aliquem. Inopem reddere.

to Conſume, to Waſt, to Weare out.

Terere. Atterere.
Abſumere. Conſumere.
Exterere. Obterere veſtigia,
Calces deterere. Vſitari.

Conſumed with ſorrow.

Contabeſco, conſumor, conficior, perimor dolore, mœrore, cura ſollicitudine, anxietate, angore.

a Conſumption or waſting of the body.

Phthiſis. φθίσις. μαρασμός.
Tabo. Tabes. Marcor.
Corruptio. Macies. Flacciditas.

Cõſumed or corrupted with corruption.

Phthiſici. φθισικοί.
Tabidi. Tabifici.

a Contagious, corrupt or infectious ſickneſſe.

Contagium. ἁφὴ νοσώδης.
Contagio. Contages. Lues.
Vicini pecoris contagia lædunt. Virgilius.
Morbus contagioſus, attactu ſerpens, contactu, affatu nocens.

to Contemne, to Reiect, vide *to Deſpiſe.*

Contemned, Deſpiſed, Reiected.

Abiectus. Contemptus.
Nullo iam loco ſum nullius prætij, ordinis.
Deſpectus.
Poſtremæ conditionis ſum.
Iacens. Summiſſus.
Nullius dignitatis vel frugis.
Abortiuum ſe vocat Apoſtolus. 1. Cor. 15. id eſt, hominem contemtum, proiecticium, & fœtum abortiuum, vide *VVicked.*

to Content or ſatisfie.

Satisfacere. Placere.
Obtemperare. Obſecundare.
Complacere. Satiare.
Explere. Morem gerere.
Obſequi. Gratificari.
Inſeruire. Gratum facere, vide *to Pay.*

I am Content.

Placet vtique. Perplacet.
Placitum eſt. Non diſplicet.
Percupio. Fiat.
Boni conſulo. Cordi eſt mihi.
Amplector, accipio conditionem.
Audio, apud Terentium.
Non recuſo.
Gratum habeo, in bibliis.

Contentions, or Strifes in words: ſubtill Diſputations.

Verborum

Verborum pugnæ. Conflictus.
λογομαχίαι. Conflictiones.
Controuerſiæ. Contentiones.
Ariſtotelis contentioſi ſyllogiſmi.
Diſceptiones ineptæ, frigidæ, friuolæ.
Velitationes. Quæſtiones.
Argutiæ. Captiunculæ.
Chryſippeæ ſubtilitates.
Arguta ſophiſmata.
Sophiſtica argumenta magna contione diſputata.
Varia dialecticorum garrulitas.
Digladiationes hoſtiles ferè.
Tergiuerſationes.
Cauillationes.
Argutationes ſophiſticæ.
Rixæ. Diſcordia.

to Continue.

Perſeuerare. Perſtare.
Perſiſtere. Manere.
Immorari.

Continually, Still, Inceſſantly, neuer ceaſing.

Continuè. Aſſiduè.
Sedulò. Indefinenter. Iugiter.
Semper. ἀεὶ. διαπαντὸς.
Noctu diúque. Nocte ac die.
Sine interpellatione, intermiſſione.
Continenter. Quodam proſemper, apud Virg.
Omni tempore.
Vſque. Nullo tempore non.
Perpetuo ac perpetuum, perpetim aduerbia.
Noctes ac dies.
Ne punctum quidem temporis prætermittens.
Æternum, Virg.
Nocturnis diurniſque horis.
Nihil aliud quam.
Nunquam non. Vide *Alwaies*.

Continuall, long During.

Diuturnus. Continuus.
Perpetuus. Perennis.
Aſſiduus. Iugis.
διηνεκὴς & ἐπὶ πολὺ. Longi. longinqui temporis.

in Continuance of time, vide by Length of time.

Contrarie, vide Againſt, Diuers.

Contrarie to your letters.

Hoc non eſt tuis literis conſentaneum.
Nón conuenit, non conſentit, non congruit, non quadrat cum tuis literis.
Diſcrepat, abhorret à tuis literis.
Alienum eſt à tuarum literarum ſententia.

Contrarie to my opinion, vide Otherwiſe, &c.

Contrarie things, vide Misfortunes.

Contrariwiſe.

E contrà. E contrario.
E conuerſò. Rurſus.
Rurſum. E regione.
E diuerſo. Ex propoſito.

a Cõtrouerſie, vide Diſcord.

a Couenant of peace, vide League.

Conuenient, vide Apt.

it is Conuenient, vide it Becommeth.

to Conuert, to call backe, or to turne.

Reducere, reuocare in viam, in viam rectam ſalutis: ab auito errore, ad

bonam, meliorem frugem, in viam planè regiam.
Conuertere ab errore, in sacris.
A vitijs reuocare.
Ad sanam mentem deducere à praua.
Ab errore amicè abductum, ad bene beatéque viuendi rationem traducere.
De tænarijs faucibus ad statum reducere salutis.
Instituris optimis à superstitione ad veræ pietatis cultum traducere.
Deducere errore. Cic.
Aduertere, reducere ab errore.
Errorem eximere, depellere.
Leuare aliquem errore, de voragine impietatis. Leo.
Animis auditorum superstitiosas eximere opiniones, hæretica reuellere dogmata.

to Conuince, vide *Ouercome.*

a Cooke.

Cocus, seu coquus. μάγειρος.
Popinator. Opsopœus.
ὀψοποιὸς ὀψοδαιτάλφος.
Obsoniorum instructor.
Magirus, Archimagirus, *the chiefe Cooke.*
Thermopola, *A Cooke that selleth hot meate.*
Thermopolium. *a place vvhere Cookes dvvell.*

Cookes Latine.

Oratio inconcinna, non nisi popinis mentoriisq; tabernis & nugalibus triuijs scripta.
Inter meritorij & popinæ professores primam sibi vendicans elegantiam multam celebritatem.

a Cookold-maker, vide *Adulterer.*

to Coole the heate, vide *to Quench.*

to Copie out, vide *to Write out.*

Copiously, vide *Abundantly.*

Copper, Mettall, Brasse.

ΧΑΛΚΟΣ. χαλκὸς.
Cyprum, aut rectius vt nonnulli volunt, Cypriam absolutè.
Orichalculum.

made of Copper, &c.

Æreus. Aheneus.
Ahenus. Cuprinnus.
Cupreus. Orichalceus.
Corincha vasa.

a Corde, vide *Rope.*

Corne, or all kind of graine, as Wheate, Rie, Barly, Oies, &c.

Res frumentaria.
Ceres, pro frumento.
Annona, media productaq; vnius anni frugum prouentus, neque frumenti tantum, sed aliarum quoque rerum.
Instar formicæ colligere farris æcruum in futuram hyemem.
Fruges. Cerealia dona.
Frugum seu fructuum prouentus.
Fructus. Messis.
Prouentus frumentarij. Soli.
Segetes. Dona Cereris.
δημητρειοι καρποι.
Cerealia, hoc est legumina & frumenta.

to Correct, to Amend, to Peruse, to ouersee.

Reuisere. Recognoscere.

Tollere,

Tollere, expungere, eradere, ſuſtollere mendas.
Emendare.
Depraua restituere.
Vngubus vti. Corrigere.
Obelis notare. Lima vti.
Ariſtarchum agere.
Apices, verbaq; ſingula euentilare.
Librare, & expendere ſententias.
Elimare. Exponere Epiſtolam.
Ad limam, ſub incudem reuocare, referre.
Reſtituere. Inſtaurare.
Cenſuram peragere.
Repurgare à mendis, veterum collatione codicum.
Scobinam adhibere.
Ariſtarchica virgula repurgare.
Ad ſeuerum vnguem excutere.
Purgare à næuis.
Emaculare.
Natiuo germanoq; decori reſtituere.
Purgare mendis, interituq; vindicare.
Retexere orationem, Cic.
Sanctos veterum labores ad antiquũ reuocare nitorem.
Perperam addita diligenter reponere, ſummа cura reſtituere deprauata.
Recudere carmen, epiſtolam.
Diſcutere tenebras è iure ciuili reducta luce.
Retractare librum, opus.
Reducere ſublimam, incudem.
Iucudi reddere, refingere, recoquere. mutare metaph.

a Correction or Amending.

Recognitio. Correctio.
Reſtitutio germanæ veræque lectionis.
Lima. Caſtigatio. Cenſura. *vide puniſhment.*

a Corrector.

Caſtigator acris iudicij.
Recognitor. Reſtitutor.
διορθωτης. Elimator.
Ariſtarchus, prouerbialiter.
Mendarum liturarumq; erasor.

to Correct, to Reprehend, to Rebuke.

Corripere. Corrigere.
ἐπιλαμβάνεσθαι. Obiurgare.
Carpere. Taxare.
Reprehendere, Damnare.
κατηγορεῖν.
Dare verba dictis.
Redarguere. Increpare.
Culpare. Arguere.
Caſtigare, eſt verbis propriè reprehendere, vide *Puniſh.*

Corruption, vide *Matter.*

to Corrupt, vide *to Marre.*

Coſen, vide *Kinſman.*

to be Coſens.

Contingere aliquem cognatione.
Sanguine iungi.
Arctiori ſanguinis vinculo, tertio vel quarto propinquitatis gradu contingere.
Attingere aliquem ſanguine, cognatione.
Cognationem habere cum aliquo.
Conſanguinitate propinqui. Virgil.
Genere proximus.

Coſts, vide *Expences.*

a Cottage, vide *Lode.*

a Couch, vide *a Bed.*

Couenants, vide *Promiſes.*

to Couer, to keepe cloſe, to Hide.

Operire. Contegere.
Premere, apud Virg. abdere.
Tegere. Recondere.
Occulere. Condere.

Velare.

Velare. Celare.
Obtegere. Supprimere.
Occultare.
Tenere, apud Virg.
Abſcondere.
Obducere velum, velamen.
Cooperire. Obuoluere.
Obumbrare. Inuoluere.
Obnubilare. Obducere.
Obnubere caput, comas protegere.
επικαλύπτειν κεφαλήν.

a Couer, a Couering, or a Lid.

Tegmen. Tegimen.
Tegimentum. Operculum.
Operimentum. Opertorium.
κάλυμμα σκέπασμα.
Velum. Velamen.

a Couerlet, or a Couering on a Bed.

Operimentum.
Stragula & Stragulum. *στρωμνὴ.*
Stroma. Textile, ſtragulum, magnificis operibus pictum & plenum artis argentum.
Strata & inſtrata.
ἀνακλύσματα.
Opertoria lectorum.
Periſtromata. Stramenta.
Centones. Lodices.
Thoralia. Lectiſternia, vulgus pro eodem vſurpat.

to Couer the head, to put on the cappe.

Tegere caput, verticem.
Operire caput.
Adoperire.
Pileum induere.
¶ Capite ſis operto. *Be couered.*

to Conet, to deſire.

Cupere. Concupiſcere.
Auere. Expetere.
Appetere. Deſiderare.
Gliſcere. Geſtire. Ambire.
Affectare., vide *to Deſire.*

Conetous, a Niggard.

Auarus. *φιλάργυρος.*
Tenax. Triparcus. Plaut.
In ſinu manum ſemper habens.
Parcus. Perparcus.
συκοφαντίας κιμινοφλίψ.
Fici & cymini ſector.
Sordidus. Ad rem attentus.
Rhypocondylos.
ῥυπαροκάνδυλος κεφαλοκάγκαλος.
Fece aut lampſana victans.
Patrocli ſordidior.
E Patrocli domo qui venit.
Magnas inter opes inops. Hor.
Euclio Plautinus.
Inſaciabiliter auarus & artifex ægregius emungendarum cum è clero tum à populo pecuniarum.
Cupido ad maximas ſibi comparandas opes animo.
Turpi pecuniæ ſtudio & infinita lucri cupiditate ductus.
Qui tenetur ſiti pecuniarum, diuitiarum, auri, argenti.
Alieni appetens.
Pecuniæ cupidus.
Sui nimium tenax.
Deparcus pro nimium tenax, apud Apul.
Nummarius apud Hier. quaſi nummis deditus.
Ob incertas irrequietus opes.
Sola parandarum quem cura fatigat opum.
Vndique lucrum captans per ſaſque neſaſque.
Fraudans geniura.
Inexplebile dolium. Durus.
ἀπλῆστος πίθος. Difficilis.
Luto lutulentior. Illiberalis.
Monophagus. Inhoſpitalis.

Conetouſneſſe.

Tenacitas. Auaritia & Auaricies ei.

Philar-

Philargyria, φιλαργυρία, pecuniæ ſtudium quam nemo ſapiens concupiuit, ait Saluſt.
Auri, Argenti cupido, vel cupiditas inexplebilis.
φιλοκτία. Parcitas.
Opum furioſa cupido, Ouid.
Sordes metaph. Auiditas.
Inſatiabilis, inexplebilis habendi cupido.
Sitis vel amor habendi.
Philargyria in mundo planè regnat, per faſque nefaſque ad aurum itur.
Dira habendi fruendique fames qua cupiditas humana expleri ingluuiem ſuam nequit, Budæ.

to giue Counſell.

Conſulere cum datiuo.
Conſilium dare. Inſtituere.
Adeſſe alicui conſilio. Suadere.
Conſilij copiam facere. Admonere.
Conſilium conferre, exponere, explicare, narrare, indicare, promere, impertire.
Hortari. Adhortari.
Cohortari. Suadere.
Præbere & adferre conſilium.
Conſilio iurare. Inſtruere.
βυλεύω cum dat itidem apud Græc, quemadmodum apud Lat. conſulo in hoc ſignificato.

to aske Counſell.

Conſulere cum accuſatiuo.
Conſilium capere, petere.
Rationem inire.
Rogare in adiocationem, conſilium.

to Counſell to the contrarie, vide *Diſſuade*.

the Counſell or Counſellours.

Senatus. βυλὴ.
γερουσία. Magiſtratus.
Conſulares viri.
Ordo Senatorius.
Ampliſſimus ordo pro ordine ſenatorio aliquando ponitur.
συμφεδρίωνες.
Conſiliarij. Senatores.
Patricij. Laiclaui.
Conſilium propriè prudentum & cõſiliariorum conuentus eſt.
Curia pro hominibus curiam frequẽtantibus, & remp. curantibus nonnunquam accipitur.
¶ Apocleti. κλητοὶ.
Conſiſtoriani apud Ambr.
Sanctius conſilium, quod priuatum etiam & ſecretum conſilium dicitur.

the priuie Counſaile.

Ab intimis conſilijs.
A conſultis abditis.
A ſecretis arcanis.
A ſanctiore conſilio.
Conſilium Amphyctionicum.
Conuentus Areopageticus.
Frequens ac ſolennis præcipuarum ciuitatum & prouinciarum conſultatio. *a Parliament.*

the Counſell chamber or houſe.

Conſilij locus.
Curia. ἀρχεῖον.
Conuenticulum ſenatus.
βυλευτήριον. Domus conſultum.
Prætorium. Synedrium.
συνέδριον.
Senatoria domus, curia.
Auguſtale.

to aſſemble the Counſaile.

Cogere conſilium, ſenatum.
Efficere frequentem ſenatum, apud Cic. pro congregare.
¶ Concilium dimittere, miſſum facere, cœtum, conuentum ſoluere, *to raiſe vp the Counſaile.*

to Counſaile the profit of the common wealth.

Conſulere, conſultare reip. Sall.
Suadere quod commodum eſt.
Conſulere in commune apud Terent. proſpicere.
Cuncta ad publicam omnium vtilitatem referre. Remp. pluris facere, quàm commoda priuata.

by your Counſaile, Aduiſe or Perſuaſion.

Tuo hortatu. Tuo inſtinctu.
Te hortatore. Te inſtigante.
Tuo ſuaſu. Tuo perſuaſu.
Tuo conſilio.
Te conſultore, conſiliario.
Te conſulente, ſuadente.
Te authore. Te ſuaſore.
Abs te perſuaſus.
Tuo impulſu. Te impulſore.
Tuo ductu. Tuo inductu.
Te bonum auſpicium dante.
Te fortunante & adiuuante.
Te auſpice.

Counterfaiting colour, for to beautifie the face.

Pigmentum. Fucus.
Ceruſa. ψιμμύθιον.
Ancuſa. ἀγχύσα.
Purpuriſſa vel purpuriſſum.
Nitella.

to Counterfait, vide *Falſifie.*

the native Countrey, where one is borne.

Solum natale. πατρὶς.
Paternum, Patrium, gentale ſolum.
Patria. πατρὰς γῆ.
Domus paterna.
Patriæ ora, poëticum.
Lares paterni. Ædes patriæ.
Limina paterna. Patria ſedes.
Focus paternus, patrius.
Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.
Nos patriam fugimus.
Fumum de patrijs opto videre ſocis.

being in the Countrey is pleaſant.

Ruri, in agris, cum Ruſticis eſſe, Ruſticam agere, degere vitam, per iucundum eſt.
Delectat imprimis.
Iucunditatem habet.
Summa voluptatis eſt.
Malè affectum animum recreat.
Mœrorem fugat.
Mœroris medicina eſt.

a Cooper.

Victor. Faber. Valcularius.

Couragious, Bold, Stout, or Valiant.

Animus ſtrenuus. Inuictus.
Magnus. Infractus.
Excelſus. Titanicus.
Vere Herculanus. Achilleus.
Θυμὸς ἀγήνωρ.
Animoſus. Generoſus.
Pyrrhus. Generoſior Sparta, qui excellenti eſt animo. ἀγήνωρ.
Magnanimus. μεγαλόψυχος.
Qui animo forti, inuicto, infracto, Firmo pectore.

to take away the Courage, or heart.

Emollire, exhaurire robur.
Eneruare, frangere animum, Vires.
Tollere animos.
Mentem labefactare huius vitæ rumoribus & malè dicturis.
Spem debilitare, Cic.
Diſſolue animum, ſæpe quentius in ſacris.

to

to abate in Courage, vide *Dispaire.*

to gather his Courage, or spirites againe.

Sumere robur vel vires.
Recipere animum, suscipere, colligere, augere, Tollere.
Animos facere. Instaurare animum.
Capere animum pro induere, Cic.
Patrium animum virtutemq; capiamus.
Dejicere metum per virtutem, Cic.
Calamitate accepta meliores animos habuit, quàm vnquam rebus secundis.
Pallor abit, subitæ veniunt in corpore vires.
Quantum dederis mihi pectoris.
Redit in præcordia virtus.
Suscitare vim. Virtutem accendere.
Incendere vires, Dare animum.
Reuocare animos, mœstumque timorem mittere.

a Courriour, vide *Tanner.*

by Course, vide *by Turne.*

Courteous, Gentle, Gracious.

Comis. Clemens. Lenis.
Placidus. Gratus. Propitius.
Mollis. Tractabilis. Dulcis.
Mitis. Gratus omnib. Benignus.
Gratiosus. βαίγαρις.
Acceptus. Affabilis. Facilis.
Blandus. Facetus. Felle carens.
Homo festiui sermonis.
Suauis. Iucundus. Mansuetus.
Dulcis eloquij. Lenis.
Cuius moribus nil esse potest mellitius. Charus omnibus.
Omnibus probatus & dilectus.
Suauitate morum, comitate, ac gratia multũ pollens, vigens apud omnes.
Qui omnium emeruit fauores.
Homo quo nihil potest optari suauius aut mellitius.
Amabilis passiuæ significationis est amore vel amicitia dignus, vide *Gentle.*

Courtesie, Gentlenesse, Affabilitie.

Benignitas. Beneuolentia.
Hilaritas. Comitas. Facilitas.
φιλοφροσύνη. Affabilitas.
Humanitas. Probitas.

to make Courtesie, vide *to Kneele downe.*

Courtiers, vide *in Pallace.*

a Coward, a Dastard.

Ignauus. Imbellis.
Pusillanimis.

Crabbed, vide *Froward, Wayward.*

a Cradell.

Cuna. κοιτωνίς. Cunabulum.
Incunabulum.

Craftie, Guilefull or full of craftinesse and deceit.

Callidus. Versipellis.
Versutus. πολυμήχανος.
Astutus. ἀλιτηρός.
Vafer. Argutus.
Solers. Punicus.
Fera lybica. Veteratorius.
Veterator, *a Counterfait knaue.* παλίμπηκτος.
παλίμκολος. Dolosus.
δολερώτης. Subdolus. Varius.
Varijs instructus dolis. Annibal.
Vlysses. Dauus Terentianus.
Annosa vulpes. *An olde Foxe.*
γέρων ἀλώπηξ.
Longa ætate, multaq; rerum experientia callidus. Ingenio & longa rerum

rerum experientia astutus.
Intelligens. Ingeniosus.
Duodecim artium.
δωδεκατέχνου.
Mirus struendis artibus, dolis excogitandis consuendis.
Magis varius quàm hydra.
Vulpinam fraudulentiam referens.
Admirabilis in nectendis machinis, quales feruntur Ægyptij ac Franci.
Tenebrio, onis. Fraudulosus.
Insidiosus. Vulpinus.
Vulpinaris. Vulpes.
Fallax.
Pellis vulpina, metaphoricè. Vide *Subtile.*
Veteratorius.
Fraudulentus.
Deceptorius.
Vulpinaris.

Craftinesse, Deceit, Fraud, Guile.

Impostura. Fucus. Tendicula.
Fraus. Fraudulentia. Fallacia.
Captio. Sophisma. Fabtica.
Pigmentum metaphoricè.
Insidia. Ars.
Artificium. Dolus.
δόλος, δολερότης. Techne. Offuciæ.
Præstigiæ. Astus. αἰδηλοκαμπία.
Calliditas. Vaframentum.
Fumi adagialiter.
Sycophantia.
Tergiversatio.
Astutia. Deceptio.
Versutia. παγκακία, πανουργία.
Circumuentio.
Lacuna pro fraude, apud Cic.
Sutela apud Plaut. pro consuto dolo, vide *Subtilitas.*

a Crafte-man, vide *Artificer.*

a handy Craft, vide *Occupation.*

Cranes.

Grues. γέρανοι.
Aues palamidis, apud poëtas.
Vipiones, grues minores.
Cæterum rota seu machina illa volubilis qua naues exonerantur & architecti saxa ingentia subleuant, quæ & authore Vitruuio Grus Latinis dicitur, Græcis γερανὸς ἢ γέρανος appellatur: atqui Murmellius Geranionem illud instrumentum nominat, alio nomine tympanum.

a Creator, vide *Maker.*

a man of Credite, a sure or trustie man.

Fide dignus. Spectatæ fidei.
Qui certissima est fide.
Probatissimæ fidei.
Conspicuus fidei.
Dignus qui cum in tenebris mices.

to Crie lowd, to Bray.

Vociferari. Clamitare.
Intonare. Perstrepere.
Edere sonos graues. Boare.
Tollere, edere clamores.
Eiulare. Rugire.
Clamorem ingeminare.
Stentoria voce vsque ad rauim sic. clamare.
Fremere. Vlulare.
Horrendum remugire.
Clamare. Inclamare.
Exclamare. ὀλοφύρειν.
Facere clamores, Cic.
Intendere vocem, Cic.
Quantum potero voce contendam.
Iactare vocem ad sydera.
Clamore aures ferire.
Magnis agere clamoribus.

Omnia

Omnia tumultu & vociferatione cõcutere.
Intempeſtiuos edere ſonos.
Exercere clamores multos, vocem.
Efferre clamorem vtrinque. Plaut.
Magnis clamoribus hiſcere, & ſtrepitu ingenti vacua omnia complere.
Perſonare buccis typho crepitantibus.
Latrare, pro intentiore voce clamare, apud Cic.
¶ Edicere, declarare, pronunciare, publicare per præconem.

a lowd Crier, a Brayer.

Canorus. Clamoſus.
Clarius vociferans.
Obſtreperus. Stridulus.
Vocalis. κτμωνὶς.
Argutus. Sonorus.
Claudianum tonitru. Proverb.
Littus Sarpedonium.
Cyclobori vox.
Clamoſior Stentore, lauro ardente.
Exercens clamores multos.
Olympica porticu quam ſeptemuocam tradunt magis vocalis.
Strepitu ſeu clamore turbulentus.

Crooked, awry.

Curuum. Recuruum.
Incuruum. Curuatum.
Incuruatum. Lacinioſum.
Diſtortum, obtortum, varium.
Retortum. Tortuoſum.
Flexum. Inflexum.
Flexuoſum. Camuum. Virg.
Numatum. Sinuoſum.
Obliquum. Aduncum.
κάμπυλον. κάμπον.
Meandros præterea obliquitates vocant omnes à Mæandro fluuio ſinuoſis flexibus.

to Croſſe or Cancell out, or to waſh out writings.

Tranſuerſo calamo iugulare.
Spongiam impingere, apud Auſon.
Ceſſare. Expungere.
Liturare, ἀλειφειν.
Diſpungere. Eradere.
ἐξαλείφειν. Obliterare.
Antiquare. Delere.
ἐξαμᾶν.
In ſpongiam mittere.
Cancellare vulgus dicit, cuius quidem verbi vſus Iuriſconſultis frequens.
καγκελόειν.
Inducere ſcriptum.
In ſpongiam reuocare.
Inducto calamo delere.
Imis ceris eradere.
Delere penitus.

to Crowne, or to giue ouer the Crowne.

Dare ſceptra, imperium.
Regnum, imperij habenas tradere.
Deferre regnum.
Ponere vel imponere diadema.
Hæreditarium regnum fratri tradere.
Dare copiam ampliſſimæ poteſtatis.
Coronare. Redimere.

a Crowne or Garland.

Sertum. Corona. Corolla.
Coronula. στέφανος.
Laurea, laureola ex lauro.
Pancarpiæ, ἰοστέφανοι.
Ex roſis facta contexta corolla, roſacea ſcilicet.
¶ Cingere caput, baccare frontem. Virg.
Cingere caput corona, diademate.
Premere crinem fronde. Virg.
Redimire.

Cruell, Rigorous, Biter, a ſower face.

Tetricus. Seuerus. Crudelis.

Sæuus,

Sæuus. Dirus. Trux. Atrox.
Truculentus. Acerbus. Teter.
Nefarius. Crudus. Torus.
Vecors. Austerus. Efferus.
Immanis. Asper.
Durus. Demea.
Caperans frontem, ac contrahens fu-
percilium tragica feueritudine.
Multa crede cruentus.
Furere cæde, Cupidus cruoris.
Gaudens sanguine.
Homo insigni feritate.
Corda aspera.
Animus ferox.
Durum à stirpe genus.
Sinapi victitans. Stoicus.
Stoicum austeritate vincens.
Qui in antro Trophonij vaticinatus
est. ἀγέλαστος.
Ex Academia veniens.
Tertius Cato est, apud Iuue.
Grauis.
Vultus Titanicus.
Atrei oculi.
ἀγριωπός.
Titanicum obtuens.
Naufragium, seu classis more intuens,
prouerb.
Centauricè, κενταυρικῶς, immaniter
semper torue intuens.
ἀεὶ ἀγρίῳ δ' ἔτυμῳ, apud Luci.
Gorgoneis oculis intuens.
Ἀσοπαγίτης. Asopagita.
Patruos sapiens. Lotio seu aceto po-
tatus, vide *Fierce*.

Crueltie, vide *Tyrannie*.

a Cubit.

Cubitus & cubitum.
Vlna. πῆχυς ἀγκὼν.
Mensura est sesquipedalis, h. e. pedis
vnius ac dimidij, seu sex palma-
rum.
Palmus autem vnus mensura quatu-
or est digitorum.

a Cudgel, vide *a Sticke*.

Cunduits, vide *Gutters*.

Cunningly, vide *Exactly*, & *Trimly*.

a Cuppe, a Goblet, a Pot, a Peece.

Cyphus. Cyathus, κύαθος.
Cymbion. κύμβιον. Calix.
Calix vitreus.
Poculum. pocillum.
Poterium. ποτήριον.
Vasculum potorium.
Crater. Culullus.
Cratera, æ. media producta.
Carchesium, Triens.
Cistibium vel cistimbium.
Argenteus puteus prou. *a great peece*,
ὑαλίκλυστον, vitreum poculum.
Phiala, *a Bolle*.
Phiala Samia, *a Stone Pot*.
Culullus Suburgensis.
Cirnea, *a Viall*.
Patera à patendo med. corrept.
Cupellum. κυπελλον.
Culigna apud Catonem, pro vase po-
torio. vide *Pot*.

a Cupbearer, or a Cupbord keeper.

Pocillator. Pincerna.
ὀινοχόος. Stans ad Cyathum.
A calicibus seu caliculis.
A cyathis. A poculis.
Ganimedes. Pocillator deorum.

Cup-shot, vide *Drunken*.

a Curate, a Vicar or a Parson.

Pastor. Episcopus.
Animarum curam habens, obiens.
Plæbanus & curatus à plærisque di-
citur.
Sacræ ædis rector.
Parochus, παροχος. med. corr. alijs
Parœcus

parœcus dicitur med. producta ratione diphongi œ.
Agens pastorem.
Qui præest parœciæ.
Hunc Viues in colloquijs, & Longolius Curionem nominant.

to Cure, to Heale, to make Whole.

Mederi. Medicamentum alicui dare ad aquam intercutem. Cic.
Medicinam adferre, adhibere.
Facere medicinam morbo.
Medicare, sed in vsu est frequentiori; medicari cum datiuo, vel accusat.
Curare. Sanare.
Curare ægrotos, morbum.
Sanitatem conferre.
Repellere ægritudinem.
Vomicas curare putentes.
Sanitati, pristinæ valetudini restituere. Curationem adhibere.
Morbos pestiferos exquisitis remedijs propulsare.
Salutifero morbum depellere succo.
Corporis firmitatem reddere.
A febre in imis ossibus hærente, lethalique æstu fibras vitales, vrente sanare. sanum reddere.
A læthiferis febrium paroxysmis liberare, ægrotis subuenire.
Nascenti malo ferre remedium.
Venienti occurrere morbo.
Oleo fouere vsque dum vulnus conducatur in Cicatricem.
Desperatas ægris cito reddere vires.
Redintegrare. μόλειν.
Consolidare vulnera.
Artus ægros consolidare, apud Paulinum.
Cutem restituere. Locum vlceratum integrè & in integrum restituere, quod inducere Latinis dicitur, ἐμπλάττειν.

to Cure wounds, vide to Heale wounds.

to Curse, to Banne, to Excommunicate.

Excommunicare. Separare.
Communione priuare.
ἐκκηρύττειν.
Spirituali gladio putridum membrũ resecare.
In reprobum sensum prolapsos, anathematis flagello castigare.
Ecclesiæ consortio expellere.
Extra Ecclesiam eijcere, deturbare.
Satanæ tradere in interitum carnis.
Excommunicationis mucrone ferire, vinculo grauare, obligare.
Ab ecclesia, à sacramentis, & communione fidelium pellere.
A sacris, immò ab ingressu templi arcere.
Excommunicationum exercere tela.
Sacris eliminare ædibus.
Anathemati deuouere.
In contumaces & obstinatos fulminare excommunicationem.
Ecclesiasticis censuris in rebelles animaduertere.
A communione ecclesiæ separare.
Anathemate percutere, ferire.
ἀναθεματίζειν.
Sanctorum consortio eijcere.
Interdicto subijcere.

to Curse, to Wish ill.

Diras imprecari. Detestari.
Deuouere. Malè precari.
Diris omnibus figere, prosequi, excipere.
Sacrare aliquando pro deuouere ponitur. Malè dicere.
Exitium imprecari. Malè optare.
Precari, exoptare pestem alicui.
Diris agere, apud Horat.
Execrari deponens.
Tristibus ominibus persequi.
Diris deuouere atrocissimis.
Virus omne in aliquem euomere.
Agere in malam crucem.

Maledictis incessere.
Imprecari debilitates, naufragia mores. Quint.
Iram in Deum diuosq; innoxios obuertere.
Furias atque intemperies ciere.
Male dicta in aliquem congerere.
Conferre omnia in aliquem male dicta, Cic. ad Att.
Sacrificare, sacra facere Herculi Lyndio, vel Rhodio.
πρὸς παλαιστινοῦντας ἀρὰς ἐπαρᾶσθαι. ἀρὰς ἐπικατεύχεσθαι.
Execrationes ferre.
Cice. His'ce omnibus Catilina cum reip. salute, & cum tua pestè ac pernicie proficiscere.

Cursings.

¶ Diræ. Execrationes.
Dira sacra. δυσέλπιστα.
Maledictiones.

a Cushen, a Pillow.

Cerui cal. Cerui cale.
Capitale. προσκεφάλαιον.
Puluinus.
Puluillus Puluinar, à pluma.
Cussinos vulgo vocant minus latinè.

a Custome or Vse.

Vsus. Mos. Ritus.
Consuetudo. Assuetudo.
συνήθεια. ἔθος ἀλληλοις.
Consuetudo altera natura, vt dicitur.
Constitutio. Institutum.

to bring in Custome or Vse.

Inducere, in vsu ponere.
In consuetudinem trahere.
Inuehere morem, consuetudinem.
Nouam consuetudinem inducere.
Inducere morem nouum, Cic.
Morem inducere, *to bring in Custome.*
Tenere morem.
Obtinere antiquum, apud Terent. pro referre antiquum morem, *to obserue olde Customes.*

in Custome, vide vsed.

after the olde Custome or fashion.

Ex veteri consuetudine. Solens.
Pro veteri consuetudine.
Non insolens. Meo more.
De more, apud Virg. & Ouid.
Ex more, apud Suet.
Pro more.
Ex instituto maiorum.
Ex antiquitus recepta consuetudine.
E maiorum maiore.

Custome, Tribute, or a Toll.

Vectigal. Tributum, & tributus apud Plaut.
ἐπίμετρον. τέλος.

a Customer, or a Toll-gatherer.

Exactor. Telonarius. Telo, onis.
Publicanus. τελώνης.
Portitor.

to Cut, to Rid, to Strike off.

Amputare. Abscindere.
Κοπτίμειν. Κοπκίπτειν.
Truncare. Detruncare. Defalcare.
Auellere Caput humeris.
Deturbare, scindere, auferre ense caput.
Ingulum mucrone resoluere.
Attondere vlmos, id est, amputare.
Abscidere, ex ab & cædo.
Desecare. Præcidere.
Resecare. Decurtare.
Ferro demetere, apud Horat.
Incidere. Lucos metere vel incidere vtrunque apud Soli.
Stringere folia, glandes.
Decerpere. Distringere.
Detrahere. Κατοφλίζειν.

a Cutpurse.

a Cutpurse.

Manticularis. Crumenarum Præcisor.
Crumenifeca. Marsupifcida.
βαλαντοτόμος.
Marsupiorum, loculorum incisor,
Sacculeiarius, apud Ascon.
Sector zonarius.

a Cutler.

Faber cultrarius. Cultellarius.
Cultrifex, vulgo dicitur, Gladia faber gladiarius. μαχαιροποιός.

to Cut in quarters, vide *to Quarter.*

D

Daft, vide *Foole.*

a Dagger, a Skeine, or Hanger.

Pugio. Pugiunculus.
Enchiridion. ἐγχειρίδιον.
Patazonium, a νυσσάκιον.

a Day, time, or season.

Dies. ἡμέρα. Lux.
Prima luce, id est, die, apud Poe.
Septima à partu luce. Plin.
Soles in plurali pro die, apud Virg.
Summa dies & ineluctabile tempus.
Lux vltima.
Iuba e exorto.
Primo cum lumine solis.
Astra ignea surgunt.
Dies adest.
Nox abit & festis lux inimica venit.
Reuoluta iubat matura iam luce dies, noctemque fugarat.
Iamque fugatura Titanis coniuge noctem.
Præuius auroræ lucifer altus erat, vide *Early, Dawning of the Day.*

to appoint or set a Day.

Diem dicere, constituere, præstituere, dare.
Destinare, prodere diem alicui, Cic.
Præfigere, figere diem, signare.
Præscribere, statuere, prætinere.

a Day appointed or a set Day.

Dies statuta, fixa, præfixa, limitata, stata, assignata.
Præscripta, præstituta dies.
Dies præfinitus, certus, destinatus.
Hic dies dictus est nuptijs.
Tempus ratum.

a Day labourer, vide *Iourney man.*

Day & night, vide *Alwaies and Continually.*

after a few Daies.

Paulo post. Haud multo post.
Non multo post.
Post paucos dies, vel paucis post diebus, vbi post aduerbialiter proposita ponitur.
Post parum temporis.
Paucis diebus interiectis.
Paucis diebus, pro paucis post diebus, apud Cic. ad At.
Lapsis paucis post diebus.
Aliquot post diebus.
Post dies aliquot.
Elapsis aliquot diebus.
Pauculos post dies.
Proximis, superioribus diebus.

the Day following, or the next Day after.

Postridie. ὑστεραία.
Die ex inde sequenti.
Postero deinde die.
τῇ ἑξῆς. Altera luce.

by Day, or in the Day time.

Interdiu. Die. Luce. Luci.

Palam. Sole coruſco. Teſte die.

to ſpend the Day in vaine.

Producere, ducere diem.
ἡμεροδαίζειν.
Dare diem ocio, luſibus.
Diem terere. Traducere.
Tranſigere. Exigere.
Finire. Condere.
Perdere commeſſationibus, ocio, luſibus, potationibus.
Abſumere diem rebus frigidis.

Dammage, vide *Loſſe.*

Danke, vide *Moiſt.*

Darke, Obſcure.

Tenebroſus. ἀνχμηρὸς σκότεινος.
Caliginoſus. Obſcurus.
Cæcus. Latebroſus.
Vmbroſus. Opacus.
Tenebricoſus. Furuus.
Squalidus. Piceus.
Fuſcus. Fuliginoſus.
Ater. Teter. Niger.

to make Darke or Obſcure.

Tenebras, nebulas offundere.
Obſcurare. Obtenebrare.
Obſtruere lumen.
Offundere caliginem.
Inuoluere negotium.
Intricare. Implicare.
Perſtringere.
Gordianos ſtringere nodos quos vix Tenedia (vt fertur) bipenni diſſecare poſſis.
Cimmerias offundere tenebras.
Contenebrare. Illatebrare.
Innubilare. Obnubilare.
Offuſcare.
Puluerem oculis offundere.
Tenebricari. σκοτιάζειν.
Tenebras inducere, facere.
Offundere noctē quādam rebus, Cic. pro tenebris inuoluere.
Rem omnem tenebris inſpergere.
Tenebras cudere. Plaut.
Reuocare in dubium.
Tenebras reb. clariſſimis obducere.
Ænigmata mera loqui.
Afferre rebus obſcuritatem vel tenebras.
Tædioſiſſima verboſitate varias recitare ambages, quas ipſemet explicare non poſſis.

Darke or Obſcure and Intricate queſtions.

Obſcuræ, perplexæ, nodoſæ, implicitæ quæſtiones.
Nodi. Verborum laquei.
Scrupi. Scrupuli.
Ænigmata bœotica, quæ ne Apollo quidem intelligat.
Captiones, Labyrintho & Mæandro ſimiles. λαβύρινθοι.
Nebulæ. Tenebræ. Caligines.
Spinæ. Spinoſæ argutiæ.
Quæſt. fumum oculis offundentes, nec caput nec pedes habentes. Implicatæ, impeditæ, quas intricatas vulgo vocant.
Ingenium torquentes, Haud facilè ſolubiles. Sophiſtice.
Ceratinæ Crocodilinæq; quæſt.
Multum faceſſentes negotij.
Numeris Platon. obſcuriores, ad quarum ſolutionem Oedipo vel Delio narratore opus ſit.
Argumentum circulare, ſeu reciprocum.
Conuutus ſyllogiſmus, κατηγορία. Hier.
Syllogiſmi vncati, argumentoſi, inſolubiles.
Labyrinthi. λαβύρινθοι.
Ambages. Anfractus.
Inuoluti, impliciti, obſcuri ſermones. αἰνίγματα
Mathematici labyrinthi.
Quæſt. quas præter Sybillam legat nemo, minus intelligat, lectorem obſcuri-

obſcuritate remorantes, intellectu per difficiles.
Africani lex.
Argumentoſi diſputationum labyrinthi, nec dum explicitl.
Inuolucra Realium, Nominalium.
Monſtrifica conflictationum vocabula, ecceitatum, quaſalitatum, formalitatum, quidditatum.
Heraclyti & Licophron. tenebræ.
Carcini poëmata. Nodi Gordij.
Gordiani, Caſſiotici.
Scyrpi, apud Gellium.
Perplexa & anxia Philoſophorum dogmata.

Darkeneſſe.

Tenebræ. Caligo. Vmbra.
Nubila. Obſcuritas.
Claudi tenebris & carcere cæco.

Darkely.

Obſcurè. Inuolutè.
Tectè. Intricatim.
Implicitè. πολυπλίκως.
Inuolucro verborum.
Ænigmaticè. αινιγματωδως.

in Darkeneſſe, vide *Blinded.*

a Dart, vide *Arrow.*

to Darte, vide *Caſt.*

to Daſh againſt ſome thing, vide *to Hit, &c.*

to Daſh or beat away by water.

Eluere. Fluctuum conſtigijs abedi.
Fluctus vehementes litoribus illidituꝛ.

a Daſtard.

the Dawning of the day.

Dieſcit, luceſcit, albeſcit dies.
Dies appetit, aduentat, adeſt crepuſculum.
Sol exoritur.
Tenebras fugat lux.
Nocti ſuccedit dies, noctem ſubſequitur dies.
Abeunte nocte dies aduenit, lux apparet.
Summo mane, cum luceſſeret.
Albeſcente die, in ortu ſolis, oriente ſole, vide *Early, & Daytime.*

to Daunce.

Tripudiarè. Tripudio geſtire.
Choream ducere.
Choros ducere, agere, deſtituere.
Chorizare. χορίζω.
Ferre, mouere pedes.
Motus dare, pro ſaltare.
Saltare. Salire.
Manus implicare choris.
Exercere humum choros, Virg.
Pede libero pulſare tellurem, inſtruere, apud Poet, *to Daunce, to Leape.*
Reſtem ducere ſeu ductitare, apud Terent. Ludere.
In numerum ludere, apud Virg.
ἐυρυθμως παίζειν, ἐγχορεύειν.
Saltare in numerum, Tripudium facere.
Leues celebrare choreas, apud Politianum.
Choreas & carmina ducunt. Virg.

a Daunce or Dauncing.

Chorea. χορεία.
Tripudium. Saltatio.

a corde Dauncer, one that daunceth vpon the corde or rope, a Tumbler.

Funambulus. Funepæus, ab Apulsio dicitur & Funerepæus.
Schenobates. χοινοβάτης.
Neuribates, apud Firm.
Petauriſta. Petaurus.
Ambulare. Ire per extentum funem, *to go on the corde,*

Ludendo per funes gradi, Schenobaricam facere, exercere.

Daunger or Perill.

Periculum. Discrimen.
Malum. Calamitas.
Procella. Alea.
Flamma metaphorice.
Vbi ostentant omnia mortem. Virg.
Fraus pro periculo apud Virg.
Quis Deus in fraudem egit.
Et in iura frequenter, vt cum dicimus.

Daungerous Rocke on the sea.

Syrtes. Charybdes metuendæ.
Breuia maris. Cautes seu cotes vndisonæ.
Scyllea rabies, Cyclopea saxa apud Virg.
Ionij pontí fluxus rauci, Virg.
Abydi, & Maleæ promontorium spumans horridum.
Syndromades. Symplegades.
Scopuli sonantes. Cyaneæ.
Fauces sæuæ. Rupes.
Maris pericula, discrimina.

to be in Daunger or Perill.

Hærere in vado, in aqua, in salebra.
In præcipiti esse.
Summa rerum omnium difficultate premi.
Versari in magnis angustijs, periculis insidijs, difficultatibus.
Offerre, obiectare se periclis.
Maris & terræ pericula exhaurire.
Periculorum fluctibus agitari.
Perplexo, consternato esse animo.
Pendere animi & animo.
Æstuare. Fluctuare.
Quasi ad solem æstuare.
Lupum auribus tenere.
In maximis versari periculis.
In puteo constringi.
In extremum discrimen adduci.

to leaue in Daungers.

In præsentaneo desertere periculo discrimine.
Sub culmo linquere apud Hora.
In malis deserere, apud Teren.
ὑπολιμπάνειν. Desertorem agere necessitatis tempore.

to put himselfe in Daunger, to Aduenture.

In angustias se religere.
In pristinum sese immittere, dedere rursus.
Prouinciam capere duram.
Suopte plaustro malorum sarcinam cibi apportare.
Suo iumento sibi malum accersere.
Suo se telo labefactare.
Rem noxiam accersere, conciliare.
Immergere se calamitatibus.
Ambitione in prouinciam duram, aut aliam sese ingerere.
Suo dolori occasionem dare.
Hinc. prou. Molestia vltronea.
Cadere in foueam quam ipse fecerit.
Capiti suo malum suere.
Suopte ingenio dolóue capi.
Suo ipsius laqueo capi.
In venatu perire.
In captura capi.
ἀφρὸν αἰρεῖσθαι.
Proprio gladio, suis verbis, telo suo iugulari, conuinci.
Propriis dictis euinci.
Technam in seipsum struere, componere, reperire.
συβισμὸς ἐπὶ σωτῆι συντίθεται, apud Lucia. quum Dolus in alterum excogitatus, in authoris caput recidit, vt est in proverbijs.
Probationes de domo οἰκεῖον ὁμολογοῦντος, quando quis proprio ore conuincitur.
Fumum fugiendo, in incendium incidere.

Damno

Damno cuidam medendo, in maius prolabi.
Communicando viro malo sibi malum accersere.
Exedere quod ipse intrieueris, ne re quod colo aptaris, gestare compedes quas ipse feceris vulgo dicitur.
In præsens discrimen ac perniciem se præcipitare.
Sciens exponere se discrimini, malis obijcere, calamitatibus inuoluere.
Sciens se inferre in malum.
Prudens in flammam manum mittere.
Calidum prandium comedere.
Ob libertatem vitam famam suam in periculum adducere.
Periculo se exponere, obijcere, subijcere, inuoluere, committere, τινα εἰς κίνδυνον, cum accusatiuo.
Concire sibi malum.
Incurrere, dare se in periculum vitæ, famæ.
Se perdere.
Caput obiectare periculis.
Dare se, abire in præceps, in præcipitium.
Sibi malum accersere.
Temere sibi capitis periculum accersere.
Adire capitis, mortis periculum.
Subire discrimen, tempestates, procellas. ὑπομένειν τινὰ.
In manifestum discrimen inducere.
Discrimen, aleam subire, vel periculum.
Suscipere, adire, accedere periculum, vel aggredi.
Camarinam mouere.
In malum præcipitare se, sui præcipitem facere, cum in ruinam amicos pertrahere, suum in pectem rapere mortalem, euertere, adducere in calamitatem.
Omnia sua, quin & vitam profundere pro statu ciuitatis.

to be out of Danger, in Safetie.

In tranquillo, in vado esse.
Stant ea locis suis tuta.
ἐν λιμένι πλεῖν.
In portu nauigare, prouerb. Periculo abesse.
Duabus fulcire anchoris.
Patria est tuta.
Extra lutum habere pedes.
Palladio numine tutus.
ἐν τῷ πολὺ πόδα ἔχειν.
Carminibus inuictus omnis abest.
In tuto esse, extra periculum.
Extra telorum ictum.
Procul à pedibus equorum esse, trantium.

the Death or destruction.

Mors. μόρος. Fatum.
Atropos. Immatura fata.
Interitus. Funus. Occasus.
Ruina, apud Plin. Neronis ruina.
Nex, cis.
Exangues umbræ.
Lachesis suprema. Exitus.
Terminus, apud Eras. πλοῦτος.
Mors vltima linea rerum, Horat.
Exitium, *pestilens.* vt Pernicies.
Absulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Lethum, frigus lethale. θάνατος.
Obitus.

Dead, departed out of this life.

Exanimis. Exanimatus.
Extinctus. Defunctus.
Lumine & æthere cassus, apud Virg. pro vita priuatus.
Surreptos primo sub flore iuuentæ.
Ante diem crudeli funere raptus.
Damnatus crimine mortis.
Recessit capite cruce cruenta.
Solutus corporis carcere.
Morsus funere lethali.

Animam exhalare.
Lumine cassus æthetio.
Perfunctus fato.
Corpus spoliatum lumine.
Corpora luce carentia.
Demissus neci.
Moribundus voluuntur vndis.
Iacet exanimum tibi corpus amici.
Dies atra abstulit illum, & funera mersit acerbo.
Sine spiritu, voce. ἄναυδος.
Præteritus pro extincto, apud Proper. Desideratus.
E medio subtractus. Caducus.
Belloq; caduci Dardanidæ. Virg.
Ante diem, Virenti ævo raptus.
Morte oppressus.
Interceptus mortalitate.
Qui extra rerum naturam est, inter hominis esse desiit.
Mortuus. ἀτρόφος.
Amissus, apud Virg. & Plin.
Fato functus, & Perfunctus apud Cic.
Exemptus rebus humanis.
Præreptus immatura morte.
De corporis ergastulo eductus.
Corpore solutus, exutus.
ἀδίαιτος. ἀφείμενος τῶ σώματος.
Leuatus mole corporea.
Corporis mole posita, deposita.
Vitæ præciso stamine.
Fatales qui expleuit annos.
¶ Cadauerosus propemodum, semimortuus, animam agens. *Dying.*
Fato decedens, extrema in lucta conflictus. κατάκρατος.

a Dead bodie.

Cadauer. Corpus exanime, extinctum, mortuum.
Funus, apud Terent.

Deadly.

Læthale. Exitiale. Capitale.
Mortiferum. θανάσιμον.
Ferale. νεκρικὸν apud Virg. & Apule.
Fatale. Pestiferum.
Læthiferum. Læthificum.
Funestum. Exitiosum.
Tabificum. Immedicabile.
Perniciale. Perniciosum.
Adferens mortem vel necem.
Perniciem & exitium adferens.

a Deadly sinne.

Peccatum criminale, læthiferum.
Piaculare. Capitale.
Mortale peccatum, seu læthale.
Morte piandum, apud Iuuenal.
Delictum enorme, quemadmodum criminale.
Inexpiabile, quod difficile expiatur. Capitalis, noxa, noxia.
Dicimus etiam Capitale, quod capitis pœnam meretur.

to sing before a Deafe mans dore.

Surdo canere.
Narrare surdo fabulam.
Καρὸ ἀδεῖν.
Verba mortuo fabulari, id est facere, apud Plaut.
Frustra canere, suadere, loqui.
In vanum cantare.
Ingerere dicta in dolium pertusum. Plaut. Frustra pulsare chordas.

to be or wax Deafe.

Surdere. Surdescere.
Obsurdescere. Auditum auferre, exurdare. Auribus capulo.
Surdus ad munera vota, mens surda.
Surdior freto.
Saxa surda mouere blanditijs.

a great Deale, vide *Heape.*

Dearth or Scarsitie of victuals.

Cara annona est, Plaut.
Caritas est annonæ.
Alimentorum inopia Campania gratuiter

uiter affligitur.
Summa annonæ difficultas.
Annonæ caritate premimur.
Annona in dies ingraueſcit, quoniam annona carius multoq; pluris vænire incipit.
Precium augetur, imponitur, accenditur triplo plus quam æquum eſt.
Eſt magna iſthic rei frumentarij inopia.
Sterilitas annorum inceſſit hominib. i. annonæ caritate vrgentur.
Cæſariani graui annona ſunt conflictati paſſiue apud Cæſa.
Multo malignior eſt nunc anni prouentus ac ſoler.
Prouenit frumentum propter ſiccitatem anguſtius, Cæſar.
Rerum omnium caritas indies creſcit.
Penuria inſecuta eſt frugum omnium. Soli.
Res frumentaria ipſos deſicere cœpit. Cæſar. ¶ Contra.
Annona ſe laxare dicitur, quando annonæ precium ſeſe remittit, *to fall to a lower price.*
Sicut apud Tacitum: Leuare annonam, *to bring to a lower price.* quum vberior, largior ſolito prouenit annona.
Precium retro abijt, apud Plin. pro imminutum eſt. ἀποχωρεῖν.

to make Dearth or Scarſitie of victuals.

Retinendis frugibus ac vino annonæ caritatem efficere.
Comprimere frumentum. Cicer. poſſit pro diligentius aſſeruare, & ſtudioſius recondere, ingraueſcente annona, idque ſpe lucri vberioris.
Rerum precia intendere, apud Eraſmum.
Annonam flagellare. Plin.
Precium rei augere. Varro.
Grauior æ iuſto precia rebus præſertim annonæ imponere.
Ὁ ἐπὶ σίτων ἀγορὰν ἐπιτιθεὶς, ἐπιμελεῖ.
Hinc eimiopolæ dicti, qui res præmercantur, vt earum precia accendant, & annonam flagellent.
¶ Propolæ. Dardonarij. Annonarij.

Debate, vide *Diſcord and Sedition.*

Debts.

Debita. Æs alienum. Nomina.
Syngraphæ debitarum pecuniarum.

to be in Debt.

Facere æs alienum. Nomina facere.
Contrahere debitum.
Conflare æs alienum grande, Saluſt.
Ære alieno quotidie degrauari, deprimi, premi, immergi.
Exære alieno laborare, apud Cæſarem.
In omnibus eſſe, & in alieno eſſe, apud Cic. vtrumque.

to pay his Debts.

Nomina ſoluere. Exoluere.
Nomina explicare, expedire, expungere.
Nomen tollere de tabulâ.
Æs alienum diſſoluere, exonerare apud Cic.
Ducatum, comitatum creditoribus, oppignoratum, nexu æris alieni ſoluto, in priſtinum ſtatum dignitatemq; reſtituere.
¶ Exire ære alieno.
Eximi creditorum tabulis.
Ære alieno liberari. *To come out of Debt.*

to pay Debt with Debt.

Verſuram vel verſuram facere.
χρεολυσίαν ἢ καὶ μείζονα τοκῳ δανείζειν. eſt æs alienum ſoluere

ære

ære alieno, quod etiam nomen transferre dicitur Ciceroni, & quasi vertere creditorem. Cice. O hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putare posset, cum venderet aliena.
Eximere ex ærarijs.

a Debtor, one that oweth much.

Æratus homo, qui vsitatius dicitur.
Obæratus. Debitor. ὀφειλέτης.
Obnoxius creditoribus.
ἐγκείμενος δανισταῖς.
Addictus.
Qui immodico ære alieno tenentur. *All men Debtors.*
Plebs Romana ære alieno dimersa, apud Liu. primæ deca. lib. 2. Conflator æris alieni, & qui tenetur ære alieno.
Animam debere.
ψυχὴν ὀφείλειν.
Obstrictus, constrictus, pressus, oppressus ære alieno, in bibliis.

to Decay, to come to naught.

Degenerare in peius.
Vergere in deterius, ruere in peius.
In dies in peius labi, deflectere.
Abire pessum. Plaut.
Ad deterius dilabi.
Mandrabuli more res dicitur, prouiccedere. Ab equis ad asinos. ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους.
A magnis relabi ad minima. vide *to perish.*

to Decay, to perish for euer.

Obliterari. Intercidere.
Antiquari. Exolescere.
Aboleri. Cado.
OCCido, mea correpta, *to growe out of vse.*

to Deceiue, to Begnile.

Fallere. Decipere.
Ludere. Deludere.
Eludere. Illudere.
Ludere dolis aliquem.
Ludificare, vel ludificari.
Fuco imponere.
διαπαιγίζειν, θρᾴττειν.
Circumscribere. ἀπολίζειν.
Fraudare Circumuenire.
Implanare. Subdole agere.
Cretizare. κρητίζειν.
Dolum intendere.
Fallere dolis, fraude, perfidia omni, dolosa specie, petere.
Imponere cum dativo constructum.
Vitiata merce vel nimis carè inscripta alicui imponere.
Agere in fraudes.
κιγκιβιάζειν.
Versare dolos.
Fallaciam intendere.
Fallacias struere.
Fraudem innectere.
Facere ludos.
Pellicere. Supplantare.
Dolo adducere, rapere, agere.
Dolum struere.
Ductare aliquem dolis.
Imposturam facere. ἀπατᾶν, σοφίσασθαι δόλῳ.
Fucum facere.
Interducere aliquem.
Verbis circumuenire.
Exhalistare, Fructra habere Admouere fabricas.
Gonnicere fallacijs, apud Plaut.
Falsum habere pro decipere, apud Saluft. Nec ea res me falsum habuit.
ψευδολογίζειν. Falsis decipere ratiocinibus. Seducere.
Injicere tragulam.
Instraudem illicere, pellicere.
Frustrare & frustrari verbum commune, secundum Priscianum.
Dare verba ψυᾶγειν.

Dicta

Dicta dare dulcia.
Os sublinere.
Phaleratis dictis ducere. Terent.
Capere astu, Emungere dolo.
Capere aduersarium.
Obtrudere palpum.
Dolis circumducere.
In transenam inducere, est dolo tollere Insidijs excipere.
Et spes blandissima dicitur alicui imponere.

a Deceiuer, a Beguiler, a Iugler.

Impostor. Seductor.
Implanator. Planus. πλάνος.
Halophanta apud Plaut. & Fest.
Sycophanta. Circulator.
Ludificator. Circumuentor.
Nugarum & fuci artifex.
Circumscriptor.
Suppleator. Perpetuus.
Veterator. Deceptor.
Sacularius, apud Vlpianum. & Iurisconsultos.

to be Deceiued or Beguiled.

Circumueniri.
Capi blanditijs, astu, astutia, dolis, fuco, promissis, imagine falsa, specie veri.
Decipi. Eludi. Deludi.
Falli. Implanari.
Frustrari passiue.
Fraudari.
Frustratum iri.
Disparem promissis fidem experiri.
Frustra esse apud Aul. Gel.

Deceitfull, vide *Crafti*e.
Deceitfully, vide *Falsly*.
Deceit, vide *Crastine*sse.
to Decide a matter, vide *to Examine*.

to Declare or Shewe.

Declarare. Interpretari.
Manifestare Diluere.
Ostendere. Edocere.
Significare. Explicare.
Exponere. Emucleare.
Enodare. Dilucidare.
Expedire. Explanare.
Aperire. Exprimere.
Reuelare. Patefacere.
Pandere. Expromere.
Demonstrare. Vide *to Rehearse, and to Denounce.*

to Declare, to Shewe, or to Approue by good and sufficient reasons.

Validis tum rationibus, tum argumentis adstruere, probare, ostendere, declarare, κατασκευάζειν.
Frangere sententiam alicuius, Cic.
Demonstrare ratione inconfutabili, argumento Achillis.
Reddere rationem, causas aliqua de re probabiles.
Approbare.
Re ipsa docere.
Refellere.
Conuincere argumentis, verbis, persuasionibus, veritate.
Acutissimè & subtilissimè excogitare argumenta.
Acerrimum agere disputatorem.
Vrgere propugnatorem.
Obuia quæque confutare valide.
Rationes aduersarij infringere, & suas confirmare.
Conuincere & elinguem reddere.

to Decline, vide Eschew.

to Decree, to Ordaine a law or statute.

Indicere, præscribere legem.
Edicere seu edicto præcipere.
Facere Plebescitum, senatusconsultum.

tum. Ferre legem.
Legem instituere, constituere, promulgare, sancire, componere, imponere, scribere, iubere.
Rogare legem. Sciscere.
Leges tradere. Dare.
Rogationes scire.
Decretum facere, interponere.
Ponere decretum. Iubere.
Decernere. Seatuere.
Statuere decretum apud Hier.

to Dedicate, to Consecrate.

Dicare. Dedicare.
Consecrare. Deo se addicere, tradere, dedere.
Sacrum, id est, venerabile, reddere facere. Sacrare. ἱερίζειν.
Initiare. τελετουργεῖν.
Religiosè colendum indicere.

a Dedication of a Temple, or Church.

Dedicatio, sanctificatio Templi.
Templi consecratio. ναοθέσιον.
Encænia pluraliter ab ἐγκαινίζειν. quod innouare significat.
χαρμοσύνη, lætitia, festum erat Athenienſium à χαίρειν, id est, gaudium.
Amberualia à nonnullis dicitur hic dies, ab atuis ambiendis.
Paganalia, rusticorum sant festa.

to Declare in fewe wordes, vide to Dispatch.

a stout Deede or Fact.

Strenuum facinus.
Audax factum. τόλμημα.
Capitale, seu capital.
Nefarium facinus.
Σῆμαν ἐργον ἀναιδὲς ὁλον.
Facinus calidum, pro audaci.
Præclarum & strenuum gestum.
Facinus insigne, gloriosum, & apud posteros cuius famam posteritas celebratura:
Facinus in bonam & malam partem accipitur.
Facinus præclarum & pessimum, maximum, indignum se.
Praculare flagitium.

in Deed, vide Truly.

Deere, Welbeloued, Acceptable.

Acceptus.	Gratus.
Amœnus.	Gratiosus.
χαρίεις.	Suauis.

Deerer, Better, more Beloued.

Amantius.	Venerabilius
Antiquius.	Charius.
Gratius.	φερτμώτερον.
Melius.	λῶιον.
Præstantius.	ἄμεινον.
βέλτιόν.	Vtilius.
Optatius.	Præstabilius.
φερτμώτερον.	

to Deface ones honour, to Backbite, to Slaunder.

Honori detrahere, vel honorem.
Derogare existimationi, honori.
Siniſtros rumores de quopiam ſpargere.
Lædere, rodere famam.
Genuino mordere.
Genuinum infigere.
Obstrigillare.
Dente Theonino rodere.
Mordere per metaph.
Lacerare famam. Obloqui.
Maledicere. Obtrectare.
Vellicare. metaph.
Traducere. διαβάλλειν.
κακολογημαίζειν.
Maledictis prosequi.
Maledico dente carpere.

Carpere

Carpere famam hominis.
Carbone notare. Imprimere, vel inurere notam, ſtigmata.
Aſpergere labem.
Derrahere. διασυρειν.
Infamare. Fama ſpoliare.
Inceſſere, obtenebrare famam.
Honorem minuere, proſcindere.
Alicuius famam contaminare.
Siniſtrum quid euomere.
Deferre, Lingua biſulca detractionis venenum ſpirare.
Loliginis ſuccum in aliquem effundere.
Ethalibus ſpiculis impetere.
Mordicus impetere, arripere.
Famam alienam mendatijs contaminare, & ſycophantam agere. συκοφαντειν.
Struere ſycophantias.
Fœdum rumorem de aliquo in vulgus ſpargere.
Impudentiſſimis confictis calumnijs in alienam debacchari famam.
Aſpergere aliquem nota infamiæ.
Boni viri nomen linguæ virulentia contaminare.
Bonorum virorum famam conſpurcare, conſtuprare.
De fama detrahere.
Infamia aſpergere.
Famam depeculari, atterere.
Odioſiſſimis dictis in aliquem debacchari.
Telis veneno tinctis imperere.
Aliorum famam in diſcrimen adducere vt ſuam nobilitet.
In abſentem orationem ore impuriſſimo euomere.
Nullis non conuitiorum aſperginibus fædare.
Vario proborum genere denigrare.
Fama probatum hominem ſpoliare, proſcindere maledicentia, contumelijs flagellare, onerare, inuidia, grauare detractionibus, venenatis linguis fauciare.
Acuere linguam vt ſerpentes.
Apertis tibijs in aliquem inuehi, eſt non clanculum obtrectare, ſed palam inſectari. Diffamare. Defamare. Ad calumnias impia ora laxare. διαρριζειν.
Calumniari. Vituperare.
Genuinum in aliquo frangere.
Per ora oculoſq; hominum circumducere.
Famoſis libellis patronos veritatis pondere preſſos famæ iniquitatis, omnibus ſpoliare ornamentis dignitatis.

Defamed, Deſpiſed.

Mala fama grauiter apud exteros laborans. Flagrans infamia.
Proſtitutæ famæ.
Oenobatis prouerbio.
Infamia publica laborans.
Cerite cera dignus. Horat.
Cyrenimi probrum dicitur, prouerbio vehementer infamis.
Quem deſeruit fides & fama.
Niger, apud Horatium.
Pudendus. Infamis.
ταλίμενος. Praue viuens.
Inglorius. ἄκλεης.
ἀδοξος. Abiectus.
Inhonoratus. Vilis.
Deſpectus. Execrandus.
Deſpuendus. Contemnendus.

to Defend, to Keepe, to Maintaine, to Preſerue.

Tueri alicuius crimina. Defendere.
Tutari omni diligentia atq; officio.
Protegere. Contueri.
Seruare. Conſeruare.
Defenſare. Vindicare.
Propugnare. Patrocinari.
Portum ſtationem tenere.
Patriæ curam gerere.
Adeſſe pro aliquo.
Penes me huius rei tutela manet.

Patroci-

Patrocinium præbere, præstare.
Tegere simplex pro composito apud Poëtam.
Patriam armis tegere.
Causis præsto esse.
Pro aliquo stare. Terent.
Causæ suscipere patrocinium.
Causam alicuius sustinere, agere, tutari, defendere, defensare armis prudentiæ.
Capessere rempub. apud Salust. pro defendere.
Hostem à reipub. ceruice depellere.
Seruire defensioni patriæ.
Ancipitem magno discrimine causam protegere. Iuuenal.
Iniuriam persequi, vlcisci, insectari, apud Ciceronem, defendere, propulsare, depellere.
Suscipere in Sacris literis passim ponitur pro defendere seu protegere.
Suscipiens mansuetos Dominus, in Psal.

a Defender, vide *Patron.*

a Defending or keeping.

a Defence.

Tutela. Tuitio.
Tutamen. Clientela.
Defensio. Munimen.
Protectio. Præsidium.
Fides, vnde in suam fidem recipere.
In clientelam alicuius se dedere.

to Deferre, to Prolong or Delay.

Cunctari. Differre.
Differre de die in diem.
Protrahere. Extrahere.
ἀναβάλλεσθαι ποιεῖσθαι.
Crastinare. Procrastinare.
Recrastinare. Prolongare.
ἀναβάλλεσθαι, ἀναβάλλειν.
Conferre. Cicero. Omnia conferre in Martium mensem.
Negotium, diem litis, vel litem in longum proferre.
Moras nectere.
Acessæi lunam expectare.
Lunas causari Laconias, prouerb.
Ducere res. Proferre.
Detrudere, apud Cic. ad Att. 4. procrastinare. Lactare.
Extrahere diem.
Agitare moras, apud Salluſt.
Facere moram. Tardare.
Moram interponere, injicere, producere, moliri. Morari.
Diem producere vel ducere.
In alium diem differre.
Rejicere in aliud tempus.
Diem diffundere, id est, in crastinum continuare vel remittere.
Longiore tractu quàm quis sperarit rem protelare.
Perendinare. Protendere.
Compendinare. Prorogare.
Remorari. Retardare.
Diem de die vel ex die ducere.
In posterum rejicere.
Protelationibus implicare.
Dilationes frustratorias quærere.
διαχρόνιζε.
Prolatare dies, consultationes.
Protelare diem.
Suspendere.
Dilationes quærere.
εἰς τὸ ὄπισθεν, εἰς τὸ ὕστερον ἀναβάλλεσθαι.
¶ Mora. Procrastinatio.
Tarditas. *Delay.*

a Deferring, vide *Prolongation.*

to Defile, vide *to make Fowle.*

to be Defiled, or Polluted.

¶ Inquinamentum, maculam contrahere.

Ex

Ex inobedientia Adæ omnes inquinamentum contraximus.
Ducere notam. Horat.
Fœdatus crinibus.
Æruginis aliquid contrahere.
Puluere turpis.
Vitium concipere. Cicero.
Non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem. Vide *Filthy*.

to Defloure a maiden, vide *to Violate a Virgin & Maide.*

Deformed, vide *Ill fauored.*

of low Degree, vide *Base minde.*

to Delay.

Moram interponere.
Procrastinari.
Differre, referre in aliud tempus.
Diem ducere.
Rem proferre, producere, protrudere.
In aliud tempus reseruare, to *Linger.*

Delectable, vide *Glad and pleasant.*

to Deliberate, vide *Consult*

Delicate, vide *Womanlike.*

Delicate meates, Ionkets or Dainties, Fine dishes.

Cupediæ. ἡδύσματα.
Dapes. Secundæ mensæ.
Lautitiæ Saliares. Attica Bellaria.
ἥδιστα πόματα.
Tragemata.
Ædulia exquisita, opipara, delicata, lauta, prælauta.
Mactea, apud Martialem.
Iouis aut Regis cerebrum prouerb.
Veneris aut Iouis lac.
Nectaris flos.
Cibus deorum. Helenæ cibi.

a Delicious mouth.

Delicati palati homo.
Delicatus. Abron.
Palato qui est morosо, fastidioso.

Deliciously, Sumptuously, Daintily, or costly.

Opiparè.	δειπνικῶς.
Deliciosè.	Delicatè.
Curiosè.	Lautiùs.
Lautè.	Splendidè.
Regaliter.	Lautissimè.
Magnificè.	Magnificenter.
Pollucibiliter.	Dapicè.

to Delight, to take Pleasure.

Capere voluptatem non mediocrem animo.
Duci, capi oblectatione rei.
Lætitiam concipere.
Haurire voluptatem.
Gaudio exilire, perfundi.
Gaudio subsultare.
Lætitia corripi, exultare, gestire.
Oblectari. Delectari.
Amare pro delectari, apud Cic.
Percipere incredibilem animi voluptatem.
Capi voluptate, specie mulieris.
In delicijs rem aliquam habere.

to Deliuer from feare and trouble, vide *Discharged.*

Abstergere, eximere metum.
Metu liberare, vacare.
Timorem deponere, Animum confirmare, ad fortitudinem reuocare.

Afflictum

Afflictum excitare. vide *to Discharge, to Quite.*

to Delude, vide *to Mocke.*

the vniuersall Deluge, or Noes flood.

Diluuium vniuersale.
Diluuium aquarum, Aquosa clades. Soli.
Diluuialis irruptio, quæ vniuersa obduxit humido situ.
Vndosa tempestas Soli.
Cataclysmus. κατακλυσμός.
Eluuio vel eluuies terrarum.
¶ Proluuies, *a great Deluge.*
Romæ mira proluuies, Cice.
Magna vis aquæ.

to Demaund, vide *to Aske. to Inquire, to Denie, to disaffirme.*

Negare. ἀρνεῖσθαι, ἀποφάσκειν.
Diffiteri. Pernegare.
Ire inficias. Inficiari.
Refragari. Denegare.
Abnegare.

to Denie, to Refuse.

Negare. ἀρνεῖσθαι.
Alicuius vota contrahere.
Aperfari. Fugitare.
Refelliere. Abnuere.
Renuere. Reclamare.
Fugere. Respuere.
Nolle. Contradicere.
Haudquaquam assentiri.
Tergiuersari. Refutare.
Denegare. Repugnare.
Obstinatius renuere, reniti.

to be Denied, or Refused.

¶ Repulsam ferre, pati, accipere.
Repelli. Præteriri in petitionibus, Cice.

a Denne, vide *Caue.*

to Denounce, to Declare.

Nunciare. Denunciare.
Demandare.
Indicere, tametsi magis sit quàm denunciare.

to Denounce, or Declare warre.

Hosti aqua & igni interdicere.
Bellum facere patriæ. Sallust.
Bellum indicere, denunciare, facere.
¶ Niti insidijs ac perfidia.
Proditione rem gerere.
More latronis occulte rem gerere, Fraudibus atque dolis, *Treacherously, without any declaration or warning.*

Deintie.

Delicatus. Deliciosus.
Lautus. Sumptuosus.
Suauis. Opiparus.
Saliaris.

to Depart, or go away.

Discedere. Recedere.
Abire. Amoliri.
Absedere. Secedere.

a Departing, or going away.

Discessus. Discessio.
Abitus. Recessus, & Io.
Fuga. Abcessio.
Digressus, & Io. Abitio.
Profectio. Secessio.

to Deprave, vide *to Sclaunder, to Blame.*

to Deprive one of his authoritie or office.

Mouere & Amouere cum accusatiuo personæ, & ablatiuo dignitatis gradum significante constructa.

Vt

Vt Mouere vel Amouere Dictatorē, Consulem, Tribunos, Quæstores, Prætores, Ædiles, &c. Item Regem, Ducem, Præsidem: Præfectū, Episcopum, Diaconum, Pastorem, Ministrum, Seruum.

Et, ab Dictatura, Consulatu, Tribunatu, Quæstura, Prætura, Imperio, Regno, Ducatu, Præfectura, Episcopatu, Diaconatu, Ministerio, Seruitio.

Adimere imperium, regnum, dictaturam, consularum, tribunatum, quæsturam, præturam, ædilitum, dignitatem, ducatum, præfecturam, &c.

Abdicare magistratu quempiam.

Abrogare alicui magistratum.

Exauthorare.

Priuare officio.

Priuatum reddere.

Alienare à senatu, deijcere, dimittere cum ignominia.

Eximere honoribus senatorijs. Cice.

Dominos de fastigio suo deijcere, apud Macrob.

De gradu vel statu deijcere.

Omni honore ac dignitate priuare.

Detrahere, delere authoritatem.

Statu mouere atque deprimere.

De cœlo detrahere.

Dignitate spoliare.

E gubernationis fastigio deijcere.

Ordine mouere.

Numero expungere.

De curia eijcere.

Despoliare honore.

Exuere imperio.

De dignitatis gradu dimouere.

Cogere & redigere in ordinem.

Ordine seu senatu mouere.

ἐκφυλλοφορεῖν.

Dejicere aliquem consulatu, loco, principatu, authoritate, ædilitate, de honore, à gubernaculis senatum.

Conuellere de pristino statu aliquē.

Minuere maiestatem, de gradu existimationis deturbare, quod Græcis, καθαίρειν τὸ μεγαλειότητα. τὸ ἀξίωμα τῆς μεγαλειότητος καθελεῖν.

to Deprive one of his goods.

Priuare, Spoliare, Orbare bonis.

Auferre, Eripere, Adimere bona omnia, cariſſima quæque.

to be Deprived of his authoritie, or to be Disgraded or Discharged of his orders, office or dignitie.

Exauthorari. Reprobari.

Dimoueri gradu vulgò dicitur.

Degradari. Absolui.

ἀποχειροτονεῖσθαι.

De cœlo deerahi.

De summo honoris gradu deturbari.

Deponi imperio.

Præcipitari ex altissimo dignitatis gradu.

Capite minui, diminui, apud Cicero, vbi caput ponitur pro statu & condutionis deceſſione atque iactura.

Abire honore, Suet. pro abdicare.

Ex alijs decidere, Cic. ad Att. 2.

Concidere, apud eundem, pro deijci de statu, ab existimatione pristina.

παραθέσθαι τὴν τιμὴν, ἢ τὸ ἀξίωμα.

to Describe, to Register, to declare in writing.

Clarorum virorum laudes, virtutes, præclia in monumenta referre.

In acta referre, apud Iuuen.

Ad posteritatem stylo transmittere.

Referre in commentarium, in annuersaria, in fastos.

In annales referre.

Canere pro describere Virgil. frequens.

Literis mandare, tradere.
γεγραφῆ παραδίδωμι.
In tabulas, literas publicas referre.
Chartis illinere.
Describere.
Chartis ceu fidis memoriæ sodalibus commendare, committere, Erasm.
In literas referre, recipere.
Posteris tradere, prodere memoriæ.
διδόναι λόγῳ.
Prodere memoriæ virorum foris facta, Cic.
Diffundere in ævum, in posteros.
Mandare æternitati, monumentis, memoriæ.
Audita, visa, gesta, libris credere, vel ceræ, pro scribere in cæreis tabellis.
Consignare literis.
Graphicè pingere, depingere.
Describere longis voluminum ambagibus.
In tabulas quæ memoriæ digna videntur referre, posteritati cõmendare.
Doctorum hominum literis, immortalitati, æternæ memoriæ consecrare.
Stylo prosequi.
Prodere posteris, literis aliquid.
Perpetuæ memoriæ tradere.
ἀναγράφω.
Literarum monumentis tradere.
Literis prodere.
Perscribere in eodem significatu, dixit, Cic.
Manifesto scribere.
Res scripturam publicare.
Monumentis librorum seu litterarum inserere.
Literis consignare quæ mandare memoriæ volumus, Cic.
Celebrare literis & memoria.
Commentarijs inscribere.

Deserts, or good Turnes.

Beneficia, Officia, Merita.
Beneuolentia, Beneficentia.
Benignitas, bona Voluntas.

I shall neuer Deserue your benefits.

Omnia studia, omnia prorsus officia tibi tuiſq; beneficijs debeo.
Præstare tua causa cogor, quicquid possum, quantum valeo, quantum viribus consequi possum, quãtum in me situm est.
Tua in me beneficia, omne meum studium, officium, omnes à me curas, omnem industriam, omnia denique quæ in me sunt, non solum postulant verum etiam exigunt.
Quid est quod ego tua causa non debeam?
Obsequi tuæ voluntati, morem gerere, parere, inseruire prorsus in omnire debeo.
Officia tua nunquam rependam, remunerabor, remunerabor, compẽsabo, officijs paribus æquabo.

to Desire, to Require, to Long or wish for.

Petere. Expetere.
Appetere. Cupere.
Quærere. Concupiscere.
Desiderare. Velle. Gestire.
¶ Contendere, *to desire greatly.*
Cliscere. ἵεσθαι.
Affectare. Ambire.
Optare. Exoptare.
Suspirare metaphoricè.
Adamare, apud Cicer. pro concupiscere.
Cogitare apud eundem, pro cupiditate teneri, curam omnem desigere.
Tangi, teneri desiderio.
Sitire.
In votis habere.
Incitari, ferri, impelli animo, moueri.
αἴρεῖσθαι τῇ ψυχῇ. vide to Pray.

to

to Desire greatly or fervently, to haue a great longing for a thing.

Sitire. Suspirare.
Exardere desiderio alicuius.
Primis votis, ardentibus desiderijs sitire.
Ardere. Desiderare.
Flagrare desiderio, cupiditate rei.
Percupere.
Miram habere sitim.
Inflammari cupiditate.
Flagrantibus desiderijs optare.
Tangi, teneri, æstuare desiderio.
In votis habere, Gliscere.
Ardere, desiderio, cupiditate incredibili.
Fame vel siti opum teneri.
Ad supernam beatitudinē adspirare.
Non mediocriter capere.
Aliquem suspirare ademptum.
Vehementi animi adfectu rapi.
Ingenti affectu, omnibus votis expetere.
Capi cupidine rei alicuius.
Indefessis, flagrantibus, ardentibus, ardentioribus votis exoptare.
Macerare se desiderio.
Angi, discruciari desiderio.
Mira quadam ardere cupiditate.
Quod si tantus amor manet, si tanta cupido est.
Iucunda cupiditate aliquid expectare.
In magna expectatione esse, *to long much for.*
Deplorare desertos penates.
Expectationem sustinere.
Longum alicuius desiderio torqueri.
Expectatione teneri, pendere, torqueri, angi, cruciari, discruciari.
Nullum facere rogandi, flagitandi finem.
Alicuius rei desiderio animus dicitur titillari.
Lynge trahi, proue. pro vehementi & impotenti desiderio trahi, rapi ad aliquid.
Inhiare per translationem pro vehementer cupere, dativo vel accusatiuo construitur.
Adhinnire apud Cic. pro impotenti cupiditate gestire.
Cupidus. Auidus.
Studiosus. Ardens.
Appetens. Cupiens.

with great Desire or Longing.

Primis votis, apud Iuue.
Ardentibus desiderijs.
Mira siti, fame.
Longa maximáq; expectatione.
Cupiditate præcipua.
Nullum mihi votum ardentius fuit quam, &c.
Nil sanè mihi vnquam prius in votis fuit.
Obuijs ante porrectis vlnis.
Obuijs manibus.
Ambabus manibus.
Auidè. Sitienter.

as I Desire, vide *as Heart would wish.*

a Desire, a Lust, a Longing.

Desiderium. Votum.
Voluntas. Studium.
Beneuola animi propensio.
Cupiditas. Ἐπιθυμία. Affectus.
Auiditas. Appetitus.
Cupido fem. gen.
Concupiscentia, *great Lust.*
Libido. Amor. Ardor pectoris.
Æstus per metaph. Sitis. Flamma.
Calor. Fax. Ignis, quæ postrema Auxesin habent.

to satisfie ones Desire, or to grant ones request.

Postulatis precibus annuere.
Petitioni, postulationi, votis subscribere.
Precibus benignum impartire assensum.
Voto paratis auribus annuere.
Audire preces, pro exaudire, apud Cicer.
Ne apud te cassæ sint preces, quæso.

a Desire of honour or glory. vide *Ambition.*

Desirous of glory or praise.

Omnes tuos ad laudem impetus noui.
Quam sis ad laudem & gloriam propensus, inclinatus, quanti sit apud te laus, quàm labores de laude, quàm vehementer ad laudem incumbas, quàm laudi studeas, quo studio laudem sequaris.
Quæ tua sit laudis, gloriæ, famæ cupiditas præclare noui, cognitum habeo, vide *ambitious.*

to Despise, to Contemne, to Reiect.

Auersari & pro eodem.
Auerti. Spernere. Fugere.
ἐξουθενεῖν. ἐξολιγεῖν.
Aspernari. Dispicari.
Dedignari. Despicere.
Contemnere. Temnere.
Abhominari. Detestari.
Despuere. Respuere.
Reijcere. Reiectare.
Repudiare. Resutare.
Vultum ducere. Negligere.
Abhorrere pro fastidire, & cum fastu quodam contemnere.
Perhorrescere.
Auerso vultu, tetrica & corrugata fronte aspernari.
Præ se contemnere.
Mandare laqueum. Fastidire.
Medium ostendere vnguem, apud Iuuen. Dedignari.
Medium porrigere digitum, apud Mart. vide *Naught.*
¶ In nullam sortem bonorum admitti.
Iacere. Ex omnium hominum cõsortio deturbari.

Despised, vide *Defamed.*

Destitute, vide *voyde.*

to Destroy, vide *to Ouerthrow, to Waste.*

Destroyed by your enemies.

Immicorum tuorum iniuria te afflixit, perdidit, euertit omnibus fortunis.
Oppressit, ad exitium detrusit, impulit.
Non modo è numero viuentium, sed plane infra mortuorum conditionem amandauit.

to Destroy, to Vndoe, to Sack or to Spoile a towne.

Ciuitatem delere, deuastare, destruere.
Subuertere mœnia, euertere funditus.
Vastum labefactare opus.
Vrbem euertere, ruere, diruere, perdere, corrumpere, extinguere, exterminare.
Dare excidio ac ruinis.
Oppidi excidionem facere.
Vrbem diripere, dissipare, vastare, dilacerare, delere, depopulari.

a Destruction, a Sacking, an Vndoing, a Ruine.

Excidium. Ruina.
Exitium. Disturbatio.
Excisio. Destructio.
Desolatio.

Desolatio. Interitus.
Euersio. Occasus.
Pernicies. Pestis.
Clades. Calamitas, naufragium.
Internecio. Perditio, ὄλεθρος.
Deletio. Vastitas. Calus, vide *an Ouerthrowe.*

to Determine, to Appoint, to Ordaine, to Purpose, to Minde.

Instituere. Constituere.
In animum inducere.
Animo concipere.
Statuere. Proponere.
εἰς τὸν ἐμαυτοῦ.
In animo decernere, statuere.
Animum iuducere, adijcere, applicare, adiungere.

I haue Determined or fully Purposed, I am minded.

Decreui. Decretum est mihi.
Statui in animo.
Facere certum est.
Statutum, constitutum, destinatum est mihi.
Ita facere consilium est.
Proposui, destinaui in animo.
Animo decretum est.
Sic stat sententia.
Certo decreui.
Certum est mihi.
Deliberaui, constitui sanè.
Certum atque obstinatum est mihi.
Certus semper huius propositi fui.
Fixo consilio ac confirmato istud aspicabor, progrediarque. Budæ.
Nulla ratione ab instituto mouebor.
Certo meditatoque proposito insti. tui.
Constat sententia.
Murus aheneus esto, apud Hor.
Neque me sententia vertit, apud Virgilium, *I haue not yet changed my minde.*
Animo insedit, insidet.
βέβηκε εἰς νοῦν,
Apud animum meum stetit.
Nunc quoque mens eadem mihi perstat. Virgil.
Sic habeo statutum cum animo.
Rata, firma est sententia.
Stat sententia, stabitque.
Mecum statui, constitui in animo.
Deliberatum est.
Certum est consilium.
In animum induxi meum.
Fixum est animo.
Animo immotum sedet.
Obstirmaui animum.
Sic est sententia.
Mea sic est ratio.

to Detract, to speake ill of.

Vellicare. Mordere.
Lacerare. Obloqui.
Detrahere, vide *to Slaunder, ill Name.*

a Detractour, vide *Slaunderer.*

to Deuide, vide *to Parte, the Diuell, or Sathan.*

Cacodæmon, id est, malus dæmon.
Diabolus, ἀπὸ διαβάλλειν, criminari.
Sathan, & Sathanas med. prod.
Sinuosus Draco.
Immanis, tortuosus Leuiathan.
Leo tartareus.
Draco magnus, in Apocalypsi.
Spiritus maliguus, immundus.
Serpens antiquus. Anguis.
Tænarius spiritus.
Fuscæ Deus aulæ.
Behemoth immanis bellua.
Vitiorum omnigenum incentor.
Stygia Echidna.
Teter spiritus, cacoangelus.
Inimicus homo in Euang.
Tentator callidus.
Lucifer. Plutonici regni, primipilus & antesignanus.

Dux erebi phlegetontis, regni tartarei.
Princeps tartareus.
Primogeniæ noxæ suasor.
Hostis generis humani, sitiens exitium animarum.
Dæmonarches, apud Budæum, id est princeps dæmonum.
Veterator ille Stygeus, errorū architectus & adornatus. Budæus.
Zabulus, διάβολος, apud Cyprianum & Bernardum pro diabolo, quòd incessanter mentibus humanis mala suggerat consilia ἀντὶ τοῦ διαβάλλειν. decipere.
Pluto qui & Ceteris gener, vt est apud Iuuen.
Beelzebul vel potius Beelzebub multa animarum agmina in æternum trahens exitium.
Misanthropos à Basilio dicitur, id est osor hominum.
Dæmon δαίμων, idem quod sapiens sciens: dictio nil mali significans, quamuis spiritus è cœlo deiecti ob scientiam nunc dæmones nominentur.
Se diis manibus, hoc est, inferis, æternisq; cruciatibus deuouere, *to giue himselfe to the dinell.*
Seipsum damnare.

to Deuise, to Inuent, to Imagine.

Excogitare. ἐξευρεῖν.
Comminisci. Inuenire per se.
Adinuenire. ἐπιλογίζομαι.
Moliri apud Plaut.
Fingere. κατασκάπτειν.
Effingere ex proprio ingenio.
Machinari meditari, per cogitationē inuenire.
Effugia inuenire elabendi. Vide *to Muse.*

that is Deuised or Inuented.

Excogitatum. Commentitium.
ἐπινενοημένον. Adsimilatum.
Fictitium. ἐξηκασμένον.

a Deuourer, vide *Glutton.*

Deuout, vide *Godly.*

Dewe or Dewing.

Ros oris. Roratio.
Sparsa cælesti rore madescit humus.
Ros tenera pecori gratissimus herba.
Rem latè dispargit amarum.

a Dyall, vide *a Clocke.*

a Dice, or Die.

Alea. κύβος. Tessera.
Calculus. Talus.
Taxillus diminutiuum.

to play at Dice.

Ludere aleam & alea tesseris.
Lusitari taxillis tesseris.
Fritillo lucra parare, apud Sene.
Iacere talos.
Aleæ arte lucrari opes.
Talos in pyrgum mittere, apud Horatium.
Noctem insomnem ludendo ducere.
Totum ludendo concelebrare diem.
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena.
Taxillos mittere compositos.

to Die, or depart this life.

Mori. Obire, absolutè.
Diem obire. κτοδυνεῖν.
Obire mortem.
μεταλλάττειν ἢ βίου.
E vita decedere, excedere.
Concidere. Occido med. cor.
Excedere corpore. Decedere.
Vita vel de hac vita excedere.
Discedere ex hac vita lugubri mortali. Egredi. Expirare.
Excedere de sæculo.

Cadere.

Cadere pro mori, Ouid.
Excedere è viuis.
Recedere à vita, Cicero.
Efflare animam vitalem ſpiritum.
Supremum reddere, efflare, & exhalare ſpiritum.
Fato rapi, fungi κῆρ μοίρας κραινθῆναι, apud Platonem.
Recedere ab oculis pro mori. apud Plinium.
Morte rapi. E medio ſuſtolli.
Excedere humanis.
Morte ſuſtolli, conſumi, confici.
Morte, mortalitate, morbo intercipi.
Mortem oppetere.
Dare animam pro mori; apud Virgilium in io.
Exuere hominum. Soli.
Definire hominem viuere, Idem.
Vitæ penſum abſoluere. Budæ.
Vitam auſpicato initam fæliciter actam, fine quoque beata claudere. Budæ.
Fato diſcedere, conſumi.
Deponere corruptibile corporis indumentum, apud Fulgent.
De tabernaculo corporis exire.
Educi vel egredi de carnis ergaſtulo.
Vitalia lumina linquere.
Carnis compede, ergaſtulo ſolui.
Lethi flebilem inire tramitem.
Vitam vniuerſæ carnis ingredi.
Humanæ naturæ debitum exoluere.
Morte ſubitanea mori.
Obire diem ſupremum.
Corruptibilem corporis ſarcinã deponere.
Finire morbo. Diſſipari.
Vinculis carnis abſolui, in fatris.
Supremum vitæ reddere ſpiritum.
Fato vel fatis concedere.
Fato defungi. Fungi morte.
Defungi. Diſſolui.
Occumbere. Interire.
Extingui. Extingui vita.
Depoſitum Deo reddere.
Deſinere inter viuos agere.
Cernere vitam. Cice. pro finire.
Temporalis vitæ ſpatium peragere, emetiri.
Ex hac lacrymarum, plorationis valle reuelli.
Flebili ſæculo ſupremum dicere vale.
Exequi mortem, apud Plautum.
Mundo ærumnarum pleno valedicere.
Obire morte repentina. Sueto.
Tenues vitam profundere in auras.
Fata ſuprema, fata ſua claudere. Poëticum.
Occumbere morti, Virgilius.
Occumbere morte. L.
Occumbere mortem. Cice.
Ex huius miſeræ vitæ incolatu digredi.
Cum morte permutare vitæ munia, vitam. Cice.
Animam ſingultire in auras.
E viuorum contubernio migrare.
Peragere mortem.
Anima priuari. Decumbere. Cice.
Vita deſtitui. Morti ſuccumbere.
Supremum fundere halitum, apud Hieronymum.
Cicero. Cuius in complexu, libenter extremum vitę ſpiritum ediderim.
Vitam terminare, finire, perdere.
Vitam ponere, amittere, deſerere.
Facere finem vitæ. Salluſt.
Animam ponere, exuere.
Migrare. Demigrare.
Ex hoc ſeculo migrare.
Migrare ex humanis, ex hac vita.
Cõmutare vitam, mortalem cum immortali, caducam cum perpetua.
Naturæ debitum abſoluere.
Soluere iura ſuprema neci.
Mortalitatis tunicam exuere.
Ex corporis vinculis tanquam è carcere euolare.
De præſidio ſtationeque huius vitæ iuſſu Dei omnipotentis decedere.
Ab hus Babylonis fluminibus ambulare ad portum quietis æternæ.
Ex huius mũdi tempeſtuoſiſſimo pelago enatare ad portum ſalutis.

Mortali vitæ Colophonem imponere, valedicere, & ad aliam lætiorẽ, meliorem concedere.
Miseræ, caducæ istí ac momentaneæ vitæ valedicere.
Valedicere mortalium hominũ conuersationi, ac vitæ.
Mortalibus eximi rebus.
Hanc lucis vsuram reddere.
Vitam naturæ reddere.
Ambulare viam vniuersæ carnis.
Abijcere corporis exuuium.
Morte conficere extremũ vitæ diem.
Euocari ex hac vita mortali.
Agere supremum vitæ diem.
Ex hac misera vita ad æternæ ac immortalis possessionem emigrare.
Emigrare ex huius vitæ carcere, ex hoc lugubri, calamitoso sæculo, ad libertatem vitæ æternæ.
Ex hac mortali ad immortalitatem fœliciter emigrare.
Concedere ad æternam patriam, ad beatarum animarum domicilium.
Ex hac vitæ vmbra, ad supernam lucem euocari.
Decedere ex hac lugubri vita, ad omnis tristitiæ expertem, ex mo mentanea ad æternam.
Valedicere rerum naturæ.
Fatalem complere diem.
E vita, ex huius corpusculi domicilio emigrare.
Extrema pati.
Exanimari. Deficere.
Res humanas deserere.
Rebus humanis eximi, excedere.
Debitum carnis vel mortis soluere, dissoluere.
Terrenis cœlestia commutare.
Corporis exuuias ponere graues.
Vita excedere.
Vitæ cursum implere.
Vinculis corporeis exui.
Terreno depositio corporis onere, cœlestem scandere ad patriam.
Terreno carcere recludi, resolui.
Cancereis huius corporis exui gurgustijs.
Corporea mole leuari, releuari.
E medio discedere, excedere. Terent.
Obdormire in domino.
In pace quiescere.
Somno consopiri sempiterno, Cice.
Vocari ad superos.
Nube carnis detegi
Mortalem sortem egredi.
Humana definere conditione frui.
De ergastulo huius sæculi vocari.
Vita priuari.
Vitæ cursum conficere.
Mortis tributa persoluere, Augu.
Terrenis exui contagijs.
Carnis onus deponere.
A contagio mortis liberari.
Ire, abire ad inferorum portas seu domicilia. Esaiæ 38. de Ezechia rege.
Vitæ seu militiæ humanæ compiere cursum.
Animam ebullire.
Parare extrema.
Agere animam.
Supremos ducere spiritus.
In deliquio esse.
In extremis esse.
Laborare vicina morte. κρίνεσθαι λειποψυχεῖν. *Readie to depart.*
E medio abire, apud Terent.
Diem vitæ claudere nouissimum.
Orbari vita. Abire è vita. Cice.
Morte dira occupari, rapi.
Supero priuari lumine.
Fato è medio tolli, ferri.
Vitam exire, fundere.
Corpus deponere.
Quem dederit cursum fortuna peragere. Virg.
Horrendos fati subire agones.
Conficere summam fatalem, Cice.
Soluere oculos lætho. Virg.
Humanitus accidere. i. mori, & simpliciter Accidere & Contingere, pro vita defungi accipiunt Iurisconsulti, vt refert Alciatus.
Vitæ euanescere auris, & matri ter-

ræ ossa reddere. *to Die and be buried.*
In communem abire locum.
Hac luce priuari.
Vita defungi & fungi.
Euehi rebus humanis.
Perire, pro mori, à doctis vsurpari passim legimus, & Disperire.
Cedere vita, & è vita.
Cedere fato. *to Die willingly.*
Cedere naturæ. Sallust.
Dormire in sacris, pro mori ponitur.
Mori stamine nondum abrupto.
Ante diem scilicet. *to Die before his time.*
Ire sub vmbras, poëticum est sicut sequentia: In cineres ire.
Stamina vitæ, Atropos rumpere dicitur Senecæ, & vitam abrumpere.
Exacto parcarum stamine, vita deliticit.
Pendula adhuc tereti rumpere pensa filo.
Petere, adire Lethæi transtra Charontis.
Fundere animam, extremam vocem.
Vita me deficit.
Decedere ex partu, Asco. *to Die in childbed.*
Ab intestato decedere, *to Die intestate.*
Vitam cum morte vel in mortem cõmutare.
Vitam suscepta morte reponere.
Naturæ concedere, satisfacere.
Fatali necessitati concedere.
Spiritus æthereas postquam soluetur in auras,
Corporeis nexibus, vinculis solui dicitur anima: excedere è corpore animus.
¶ Pro Apostolicis, Euangelicis traditionibus, pro Ecclesiæ Christi disciplinis sanguinem effundere.
Capere mortem ob remp. Cice.
Pro repub. vitam reddere, id est, mori.
Pro patria vitam effundere. Cicero. Grata memoria eorum virtutem prosequamur, qui pro patria vitam effuderunt.
Suam vitam communi bono posthabere.
Voluntariam occumbere necem. Sallustius.
Expleta mortalitate Manium consortio sociari.
De istis mundi turbinibus extrahi.
Expuncta hac morte ad immortalitatem venire. Cypria.
Fatali necessitate à marito diuidi, diuelli.
Deficere castæ coniugis in gremio.
¶ Perire aëris contagio, *to Die of the Plague.*
Mori, perire peste.
Communi aëris infecti contagio ex hac vita decedere.
Subito, non sine veneni porrecti suspicione mori.
¶ Huic ritulo Germanico, *sterben oder sterben*, toties Synonymicõs variato & plus ducenties decies Latinè reddito, subiecimus in gratia φιλελλήνων, Græca quoque Synonyma.

Ἀποφυσᾶν.	Χαυλιοῦν.
Χαυδήσκειν.	Χαυλιᾶν.
Χαυδήσειν ἢ ζωῆς.	
ἐκψύχειν.	ἐκπνεῖν.
τελευτᾶν.	μοιρᾶσαι.
ἐκ βροχῆς.	ὑπορύχιον.
ἀπαλλαγῆναι, ἢ ἀπαλλάττεσθαι.	
διαλυθῆς.	χαυλιᾶς.
ἐκλιπεῖν ἢ ἐκλείπειν.	
καταίχεσθαι.	καταχρίεσθαι.
ἀφιστάναι.	ἀδεσποτεῖσθαι.
δυσθανεῖν difficili morte mori.	
δυσθανεῖν.	πεθάνειν.

Et πεθνάμεν ac, dorice ac ionice πεθάμεν absolum χαυδανεῖν.

to Die colours.

Tingere vel tinguere.

βάπτειν.

βάπτειν. Inficere.
Colorem inducere.
Colorare. χρώζειν.

Diffamed, Sclaundred.

Notatus Ignominia, Infamia.
Districtus aliqua nota.
Maculosus homo.

to Diffame, vide *to Sclaunder.*

to Differ, or to Dissent.

Differre. Abesse.
Discrepare. Dissentire.
Dissidere. Abhorrere.
Dissimilè esse.
Interesse, διαφέρειν.
Non convenire.
Diversum sentire.
Distare. Pugnare.
Discordare. Non congruere.

it Differeth but a litle.

Parum discriminis est.
Paruum interuallum.
Haud multum differt, abest.
Non multum abhorret, dissidet, discrepat.
Paruum differt.
Parum differentiæ.
In idem recidit, *it agreeth.*
Et prouerbio dicimus, ne punctum quidem, aut vnguem transuersum, differre, discrepare.

it Differeth verie much, Great difference, verie vnlike.

Maximum, ingens discrimen.
Ingens, longissimum interuallum.
Longè lateque distat.
Magna differentia.
Plurimum interest.
διὰ διὰ παντός.
Longissimè dissonare. Cic.

Ex diametro inter se pugnantia.
Diametro distantia.
Toto dissidentia genere.

Difference, Diuersitie.

Discrimen. Differentia.
διαφορὰ. Distantia. Disparitas.
Interuallum. Dissimilitudo.
Diuersitas. Varietas.
Discretio. Separatio.
Discerniculum, apud Aul. Gel.
Discrepantia. Distinctio.

to Digest the meate.

Longa deambulatione cibum digerere, conficere.
Concoquere. Perficere.
Coctionem facere, apud Plin.

Dignitie, vide *Honour.*

I will not suffer your Dignitie to be defiled or hurt.

Violari tuam dignitatem, imminui, offendi, lædi, oppugnari, damno affici, iniurias pati.
Detrahi de tua dignitate, honore minui, adimi, auferri.
Iacturam fieri tuæ dignitatis numquam patiar.
Nihil vnquam feci, quod contra tuam existimationem esse vellem.
Si res exiget, pro tua dignitate, vitam liberalissimè profundam.

to Digresse from his matter or to go from his purpose, to be in another tale.

Digredi. Dilabi. Delabi.
Institutum deserere.
Diuertere. Deflectere.
Longius euehi.
Aberrare proposito, Cic.

Deerrare.

Deerrare. Longè digredi.
πόλλ᾽ ἂν ἁμαρτὼν & γλιχόμενος, apud Demoſt.
Abire, apud Cic. Quid ad iſtas ineptias abis?
Digredi à re propoſita, ab inſtituto.
Egredi à propoſito ad rem alienam.
Aliò deferri. Latius exſpatiari.
Extra præſcriptum tranſilire.
Extra oleas ferri.
Extra chorum ſaltare.
Vltra ſepta, limites ſalire, prouer.
ὑπὲρ τὰ ἰσοκαμπίνια πηδᾶν.
A re propoſita ad longè diuerſam digredi.
Deerrauimus ab eo quod cœpimus exponere.
De calcaria in carbonariam decurrere.
A narratione deflectere, vagari.
Aliò ſermonem conuertere.
¶ Quo me ſermonis curſus abripuit? Sed quò me rapit alienior cogitatio? Sed hæc extra viam.
ἀλλὰ τὰ παῦτα ἐκ τοῦ πράγματος. vide *nothing to the purpoſe.*

Diligence, Care, Study, Labour, Indeuour.

Sedulitas. Cura.
Induſtria. Vigilantia.
Diligentia. Labor.
Aſſiduitas. Niſus.
Conatus. Studium.
Molimen. Conamen.
Opera. Diligens.
Accuratus. Vigilans.
Sedulus. Studioſus.
Induſtrioſus. Operoſus.
Multæ ſedulitatis homo.

with great Diligence or Care.

Summa, exquiſita diligentia.
ἀκριβεία. Exactiſſima cura.
Accuratè.
Adamuſſim. Examuſſim.
Amuſſatim. Examuſſatim.
Ad vnguem. Sollicito labore.
Summa cura adhibita. ἀκριβείᾳ.
Omni animi contentione, diligentia.

Diligently.

Sedulò. Exactiſſima cura.
Summa cum diligentia, cura.
Studioſè. σπουδῇ.
Diligenter Vigilanter.
Aſſiduè. Impigrè.
Curioſè. Gnauiter.
Solerter. Accuratè.
Haud ſomnolenter.
Attentis animis.
Studioſa indagine.
Haud oſcitanter.
Animo ad ſubeundos labores prompto.

to Diminiſh, to bring Lowe, to Extenuate.

Vilem leuemq; verbis demonſtrare.
Deſpectum reddere.
Eleuare. ἐκκυλίειν.
Authoritatem detrahere, minuere, extenuare, exprimere.
Res geſtas verbis extenuare, deprimere, mipuere.
¶ Peruenire ad paucitatem.
Ad paucos redigi.
Contractiore numero.
Contrahuntur, extenuantur præterea opes cum atteruntur, & acciduntur.
Liuius. Acciſæ Volſcorum re.
ἐν ταπεινώσει εἶναι.

to Diſagree, or to Diſſent, to be of contrarie mind, or opinion.

Diſſentire. Refragari.
Longè ſecus ſentire, abeſſe.
Longè diuerſum ſentire.
Multo aliter ſentire.

Calculum

Calculum ſuum negare.
Diſſimile eſſe.
Non ſubſcribere alicuius ſententiæ.
Reluctari. Diſcrepare.
Non conuenire, Repugnare.
Diſſidere. Diuerſum ſentire.
Tergiuerſari Reniti. Abhorrere.
Reprobare. Reclamare.
Diſcordare. Aduerſari.
Differre. Diſtare.
Pugnare. Non congruere.
διαφέρει. Nimium abeſſe. vide *to diſcord.*

that Diſagreeth, or is cleane Contrarie.

Diſcrepat. διαφωνεῖ.
Diſſidet. Variat.
Non conuenit.
Longè latéq; diuerſum.
ἐκ διαμέτρου diſſidet.
Longè latéq; diſcrepat.
Controuerſia eſt.
Secus, aliter eſt.
Ex diametro pugnat.
Plurimum diſtat, multum intereſt.
vide *Diuers, Contrarie.*

to Diſanull, vide *to Aboliſh.*

to Diſcerne, vide *to Separate and Examine.*

to Diſcharge, vide *to Quite.*

Diſcharged, Deliuered.

Expeditus. Exoneratus.
Solutus. Ereptus.
Abſolutus. Leuatus. Euolutus.
Liberatus fluctibus, vndis negotiorum, ac curis.
Defunctus periculis.
Expeditus negotijs, moleſtia.
A litibus abſolutus.
Laboriosis explicitus curis.
Leuatus moleſtia.
Qui piſtrino curarum ſeſe explicuit.
Qui onus, pondus humeris excuſſerit, abiecerit.
Clitellas humeris excuſſerit.

to Diſcharge himſelfe, vide *to Excuſe.*

to Diſcloſe, vide *to Bewray.*

to Diſcomfite, vide *to Ouercome.*

to Diſcord, to Diſgrace, to Contend, to Striue.

Certare. Altercari. Contendere.
Argutari. Cauillari. Diſputare.
Decertare inter ſe. Digladiari.
De aſini vmbra, de lana caprina rixari, digladiari, *to ſtriue for a triſle.*
Nimium altercando veritatem adimere.
Ardentius concertare quaſi pro aris & focis, vt dicitur.

Diſcord, Debate, Variance, Controuerſie, or Brawling.

Diſſidium. Diſſenſio. Segregatio.
Inimicitiæ. Simultas. Factio.
Seditio. Litigium. Pugna.
Diſcordia. Tumultus. Diſcrepatio.
Diuiſio. Diſcrimen. Turbatio.
Concertatio. Altercatio. Scißio.
Contentio. Iurgium. Bellum.
Schiſma. Certamen. χίσμα.
Rixa. Lis. Ira. Controuerſia.
Fatalis orbis Chriſtiani tempeſtas.
Subita rerum humanarum procella.
Macedonica res diſſentione facta.
Soli.

to make Diſcord or Debate.

Concire lites, turbas.
Diſcordiam concitare, inducere.
Diſſenſionem mouere, commouere, facere.

Sedere

Serere diſſidium, rixas, lites.
Diſſidium facere, altercationes, lites, iurgia. Afferre peſtem.
Tollere concordiam, Iudicia, leges, omnem hilaritatem.
Spargere venena, virus.
Iucundiſſimam vitæ ſocietatem fictis ſermonibus, & falſis criminationibus dirimere, Cic.
Pacem ſanguineis rixis & cædibus funeſtis mutare, perdere, vide *vpſore*.

to Diſcouer, vide *to Bewray*.

Diſcreetly and Wiſely.

Examinatè. Perpenſè. Ponderatè.
Non ociosè. Cogitatò. Cogitatè.
Non temerè. Haud oſcitanter.
Meditatò, conſultò, aduerbia.
Cordatè. Conſideratè.

without Diſcretion, vide *without reaſon.*

a Diſh, a Platter.

Catinus & catinum media, prod.
Catillus. Gabata media cor. apud Mart. Scutella. πίναξ.
Lanx. Diſcus, *a Platter.*
Paropſis, idis per o penult.
Patina. Patella.
Alueus & Concha in libro Iudicum. *a Trey.*

to Diſherit, or to take away ones goods.

Exhæredare. Abdicare.
Summouere ab hæreditate.
Iure hæreditatis priuare.
Poſſeſſione eijcere.
ἐκβάλλειν ἀπ' κτήσεως.
ἐξείλλειν.
Alicui bonis interdicere.
Poſſeſſionem alicui interuertere, interturbare.

to Diſhonor, vide *to Blame.*

Diſhoneſty, Rebuke, Shame, or Infamy.

Infamis nota.
Hipponacteum præconium, prouer.
Dedecus non eluendum.
Ineluibilis nota. Contumelia.
Nota. Notula. Vitium. Dedecus.
αἰσχύνη δυσφημία. Ignominia.
Infamia. Sordes Cic. Turpitudo.
Opprobrium. Probrum. Labes.
Macula.

Diſhoneſtly, Shamefully.

Contumelioſum. Flagitoſè.
Impurè. Ignominioſum.
Maculoſum. Sordidum ad famam.
Ignominia coniunctum.

Diſloyall, vide *Falſe. Diſobedient, Stubborn, Wilfull, Vnruly.*

Inobediens. Rebellis.
Dicto non audiens. Inmorigerus.
Monenti non auſcultans. ἀκαίκοος.
Inobſequens, Ambroſ.
Contumax. ἀπειθὴς.
Non parens. Refractorius.

to Diſpaire, to be diſcouraged, or to abate in Courage.

Animum deſpondere.
ἀποκλαίειν τὴν ψυχήν.
Animo fiangi. Deijcere animum.
Puſillanimum eſſe. Deijci animo, ſpe.
Spe deplorata conſici.
Animo elanguescere.
Excidere ſpe. Decidere ſpe & de ſpe.
Ad ſubitam fortunæ commutationẽ concidere.
Animum abijcere, demittere.
Concidere animo. κλυὴν quod etiam contrarium ſignificat.
Dimittere aures, auriculas.
Deficere abſolutè.

Deficere

Deficere animo, & animus alicui deficit. Cic.
Cæco amore raptus, furiata mente ferebat.
Emotæ mentis.
Actus furore graui, furijs mens efera.
Qui roratur cerebrum.
Haud sanæ mentis. Delirus.
Furijs exagitatus, sapere desijt.
¶ Et in bonum.
Mente personus. Furens.
Animi ardore aliquo inflammatus atque cruciatus.
Qui humanos sensus amisit, diuinos autem assecutus est.
Furore diuino incitatus.
Afflatus.
Mente incitatus.

to be Mad, Furious, Wood, or out of his wit.

Furere. ἐνθουσιᾶζειν.
Furore agitari, desæuire.
Diris agitari. Rabere.
Ciere furias. Ouidius.
Mente alienatum esse.
εἶναι ἐξω αὐτοῦ.
Mentis alienatione laborare.
ἐξοιστρεῖν. Insanire.
ὀμνύειν. Ira exagitari.
Grassari. Bacchari.
βακχᾶν. Debacchari.
Fœnum habere in cornu.
Atra bile exagitari.
In rabiem efferari.
Immodestè agere.
ἰμβακχᾶσθαι. Furijs agi.
κορυβάττειν.
Furentium more caput quassere.
μαίνεσθ. ἰμμαίνεσθ.
Irati numinis intemperijs agi.
Effluente mente huc illucq; cursitare.
Furijs, intemperijs ferri. Virg.
Heu furijs accensa feror.
Delirare, per metaph.

Madnesse,

Madneſſe, Woodneſſe, Furie, or Trouble of minde.

Error fanaticus. Furor.
Ira Dianæ. Delyrium.
Mania. Phrenetis.
Effera vis animi.
Paraphroſyna. Mentem Inſania mutat.
Veſania. Dementia.
Vecordia. Amentia.
Alienatio mentis,
Rabies quæ proprie canum eſt.

to make Mad or Furions.

In furorem & mentis alienationem agere.
Adigere ad inſaniam. Teren.
Mente emouere, alienare.
Impelli accendi furijs.
Furere facio. ἐξίστημι.
Dira ſubit rabies.
Ex ſtulto inſanum facere.
De mentis loco mouere.
Sæuis agitatus furijs.
Mentes furoribus quatere.
Exagitare. Furiare.
Stumulatus furenti rabie animus.
Corda tument rabie fera.
Comes eſt inſania morbi.
Rabies, furor iraque mentem præcipitant.
Concipere furiata mente furorem.
Pectus anhelum, & rabie fera corda tumeſcunt.
Stimulos ſub pectore vertit.
Ceſſit furor & rabida ora mouerunt.
Acuere furorem furijs,
Mens quoque ſic furijs agitatur.
Ardere animis.
Morſu canis rabidi lymphaticum facere.

the Magiſtrates or Rulers of the common wealth.

Magiſtratus. ἀρχαί.
Dynaſtæ Cic. Præfecti. Primores.
Primates. πρωτεύοντες.
Primi. Primani.
Maximates. Summates.
Optimates. Magiſtates.
Magnati in bibliis. μεγιστᾶνες.
Princeps, principales ciuitatis in fictis nominantur.
Proceres. Potentes.
Potentiſsimi. δυνατοί.
Megiſtanes, μεγιστᾶνες, qua voce, apud Latinos Sueto. vſus eſt.
Conſules. Conſulares. Apices.
Senatores. Conſulatus capita.
Senatorij ordinis.
Patriciæ dignitatis.
Columina, Epiſtylia, Coriphei.
Trabeatorum corquatorumq; turba.
Summates viri, Patricijque ordinis proceres.
In omnia potens, quorum ſumma eſt authoritas, in quibus ſita ſumma bonique malique, quorum nutu ac renutu cuncta geruntur. *Rulers of the eſtate.*
Penulatorum alpha.

to Magnifie, vide *to Praiſe.*

to Magnifie, to Extol things of no praiſe.

Humilia extollere, efferre ea, quæ iacere videntur, excitare atque erigere.
Obſcuris dare lucem, ſplendorem afferre, obſcura illuſtrare.

to May, vide *to be Able.*

it May be, vide *Poſſible.*

a Maide, a Virgin.

Virgo. Illocabilis virgo, *a Maid that cannot be married for want of goods, or being too olde.*

Virgo

Virgo casta, pudica, expers viri virum non passa, virgo nubilis, matura viro, Teda non nupta iugali.

to deflowre a Maiden.

Deuirginare, depudicare.
Stuprare. Vitiare.
Addere afferre vitium pudicitiæ.
Deflorare. Præstolare.
Virginem rapere vel sustollere, *to ravish a Maiden.*

to Maintaine, vide to Defend.

the Maior or chiefe ruler of a towne or citie.

Præfectus. ὁπάρχος.
Præfectus vrbicus.
Prætor vibis vigilantissimus. κοσμοφύλαξ.
Præfectus scelerum, qui à plærisque minus aptè Scenetus dicitur.
Satrapa & Satrapes, singua Persica.
Prouinciæ præses, seu præfectus, qui iudex etiam dicitur prouincialis, ἔπαρχος, ἐπαρχεύων, a Præsident.

Maiorane, herbe.

Amaracus. ἀμάρακος.
Sampsuchus. Maiorana.

to Make, to Doe.

Agere. Operari.
ποιεῖν. πράττειν.
Facere Patrare.
Peragere. Exequi.
Actum agere.
Efficere. Conficere.
Perficere. Hoc age.

a Maker, a Creator.

Conditor. Creator.
Psalmator. Plastes. Opifex.
Sator. ποιητής. κοσμήτωρ.

Made free of the citie.

Patebat ciuitas virtuti, potius quam diuitijs, Ius ciuitatis consequebatur, dignus ciuitate putabatur, recipiebatur in ciuitatem, ad ciuium numerum adscribebatur, ciuis locum obtinebat, referebatur inter ciues, adscribebatur in ciuitatem, particeps ciuitatis, ciuiumque munerum fiebat, impartiebatur ciuitate, peruenichat in ciuitatem, ei ciuitas communicabatur, non qui opibus abundaret, affluaret, valeret, sed qui virtute polleret, excelleret.

Made friends againe.

Cum inimicis in gratiam redij, reconciliatus sum, reiecto odio in vnum coniunximus, pacem colimus, inimicitias, simultates, odia deposuimus, abiecimus omnem veterum iniuriarum memoriam, omnem vlciscendi voluntatem ex animo deleuimus.
Pulso odio succesit amor, odium amore commutauimus, depositis odijs, mutuam beneuolentiam suscepimus.
Orta est inter nos, vetere prorsus extincto odio, mutua beneuolentia, animorum nostrorum in amore mutua consensio, ad amandum mutua propensio, animorum ac voluntatum similitudo.

a Male, a Bouget.

Pera. πήρα.
Cassidile med. prod. in li. Tobiæ.
Pera pastoralis. Ascopera.
Pera viatoria.
Bulga, Hippopera, idem.

Malefactors, Wicked and Vengeable Men.

Homines improbi, scelesti, scelerati, flagitiosi,

flagitiosi, noxij, nocentes, sontes, perditi, impuri, delictorum omnium participes, culpæ, criminum labe prorsus infecti atque inquinati. *vide Naughtie fellow.*

Malmesie wine,

Vinum Creticum.
Vinum Aruisinum, vel Aruisium, vulgo Maluasinum dicitur.

to become Man, to take mans flesh vpon him.

Strophio carnis cingi.
E virginei corporis substantia, corpus adsumere humanum.
Trabeam carnis induere, apud Fulgen.
Ingredi mundum.
Humanos inducere artus.
Nasci in terris.
Seruile carnis cinctorium adsumere.
Abiecti homuncionis formam induere.
Induere fragilitatis limum.
Carne velari, tegi, obtegi.
Tegumen nostræ mortalitatis induere.

a Man of no accompt, or little set by.

Homo nullius pretij, Valoris, loci, ordinis, despectus, abiectus, contemptus, terræ filius. *vide naught.*

a good Man is constant.

Hominem grauem, cer.um, minime mendacem, minime falsum, studiosum veritatis cognoui, expertus sum, nihil in eo leuitatis, aut inconstantiæ, nihil inane, varium, mutabile inconstans.
Nullam animi infirmitatem, nullam sententiæ varietatem, nullam consilij mutationem deprehendi.
Magna præditum grauitate semper cognoui.
Is mihi semper visus est, qui sibi optime constet, nihil leue committat, nihil inane cogitet, non facile discedat à seipso, ægre discedat à sententia, mutet consilium, susceptam opinionem abjiciat, sensum deponat, de suo statu demigret, quem nulla res facilè abducat, auellat à sententia.
Cujus mentem huc & illuc, in hanc aut illam partem, in quam velis partem, vtram in partem velis, non facile flectas, ægre traducas, cum labore torqueas.
Alieno tempore nihil loquitur, nihil agit ineptè, nihil non loco, idem et vultus in omni re, eadem in omni fortuna moris est.

Mankind, vide *Men.*

a Manner of life, vide *a Trade of life.*

two Manners of waies.

Bifariam. Bipartito.
Duobus modis. δισσῶς.

an other Manner of gouernance.

Manifested or made known, vide *Opened.*

Patefacere, Manifestare.
Tectum aliquid ferre sub auras.
Mentem aperire, aliquid resignare.
Resoluere, non celare.

a Manslaughter, or killing of men.

Nex. Internecio. Cædes. *Death.*
Clades. Strages.
¶ Salustius: in luctu & miserijs mors ærumnarum requies, non cruciatus est.

Many, vide *Much,*

to Marre, to Corrupt, to Spil, to bring to Naught, to Lead a side.

Agere in precipitium, in præceps.
διαφθείρειν. Corrumpere.
Peruertere. Perdere.
Per prauos mores in errores ducere.
Abducere in gaueum. Terent.
Indiscrimina pertrahere.
Arte in cassus præcipitare, rabido mergere freto.
æcipi tes nos agit ambitio & raptare videtur in exitium.
Peccandi vel ruinæ præbere occasionem. Facere alıquem ruere.
Seducere. Scandalizare.
Offendiculum ponere, præbere,
In errorem trahere, impellere.
In vitium agere, ducere.
Exicialiter alios seducere.
Animas abstrahere à Deo in æternum exitium.
Contra sanam doctrinam prauas serere opiniones, quæ quidem facillimè obrepere solent.
Melicis Cyrenarum hæresem illecebris præsentem inferre mortem.
Sollicitare ad ruinam Sathan dicitur homines.
Exhæreticorum scriptis lues in teneram manat ætatem.
Hypocrisi pietatis latrocinio circûli. ta Christi oues inescare.
Conijcere inuitiorum voragines.
Perdocere aliquem incidere tramitem vitæ corruptæ.
Damnatas opiniones aliorum animis instillare.
Detorquere alicuius animum à virtute.
Virus in aures instillare.
Erroris aliquem complere Plaut.
Ab honesto deflectere.
A recto deducere, abducere aliquem.
ἐκτρέπειν.
Ducere in errorem Ouid.
Virus pectori aspergere.
Errorem pedicis illaqueare.
Prauis inficere opinionibus.
In erroris foueam præcipitare.
In errores pestilentissimos deducere. trahere, illicere.
Abducere à veri cognatione, in nassa peruersitatis.
Simplicem plebeculam transuersam agere.
Opinionibus exoticis mentes mortalium per cæca & cœnosa vada in abyssum æternam euehere.
A matris ecclesiæ gremio in errorum varios anfractus mira argutia illectare.
Multa animorum millia varijs conscientiarum tricis implicare, fœdis erroribus inuoluere.
Impedire, illaqueare, innectere tricis quibusdam.
¶ Opinionum prauitate infici.
A catholico sensu exorbitare.
Hæreticorum persuasionibus seduci.

the trade of Marchandise.

Negotiatio. Nundinatio.
Commercium. ἐμπορία. ἐμπορία.
Mercatura & Mercatus pro mercandi actu, apud Liuium.

to exercise Marchandise, vide *to Trafique.*

a Marchant.

Mercator. Institor.
Negotiator. ἐμπολαῖος.
Emporos. Rariarius.
Nundinator.
Regiæ negotiationis principem agês, vulgo dicitur, qui regi Lusitaniæ est à negotijs Indicis.
Procurator regiæ aut principalis negotiationis.

rich Marchants,

Rem possident bene magnam, amplissimam,

pliſſimam, vbertim am, copioſam in primis mercatores Londinenſes.
Diuitias tenent ſummas, abundant effluunt re, copijs, diuitijs, opibus.
Diuites oppido ſunt, Locupletes, opulenti, copioſi, à re parati inſtruti, firmi, bene nummati, peculiati.
Ampla res eſt, prolixa, copioſa, minime anguſta, bona multa mercatoribus Londinenſibus.
Ampla re reuntur, prolixa, copioſa bene multa.

the Marches, &c. vide *Borders.*

a Mariage.

Connubium. συζυγια.
Matrimonium. συζυγια.
Coniugium. Conuentus apud Iuuc.
Copula matrimonij.
Vinculum iugale. Virg.
Vincula iugalia Thalami tædæque iugales.
Hymenæi pacti. Lectus iugalis.
Socialis amor.
Nodus iugalis.
Curarum laboriſq; pleaum piſtrinum cuidam dicitur.

Mariageable.

Matura connubio, viro, iuuencula.
Matura coniugio, plenis iam nubilis annis. Apta viro.
Exoleta virgo quæ eſt maturæ ætatis.
Viri potens, apud Cai. iuriſconſul.
Matura nuptijs. ὡρμαλὴς.
Tempeſtiua viro. Adulta.
Nobilis. apud Virg.
Pubertatis annos egreſſa.
Virgo iam grandis. Terent.

a Maried damſell, a Bride.

Nupta iuncta puella viro.
Quæ fruitur marito.
Coniux, Vxor,

to beſtow in Mariage.

Locare mulierem viro, vel virum mulieri.
Filiam nuptum dare, in nuptias, in matrimonium dare.
Locare vel elocare filiam alicui.
Nuptui vel nuptum dare puellam viro, apud Plaut. ἐκδιδόναι.
Iungere virginem viro, connubio.
Dare, locare in matrimonium virginem.
Admittere gnatam ſuam alicui vxorem.
Locare nuptum alicui virginem.
Collocare nuptum propinquas ſuas in alias ciuitates.

to Marrie, to Wedde, to take a wife.

Contrahere matrimonium.
Connubij fœdus inire.
Gaudere ſorte tori.
Inire matrimonium, nuptias.
Nubere, mulierum eſt tantum.
Vinculis iugalibus ſeſe innectere.
Ducere vxorem. γαμεῖν.
Ducere filiam alicuius.
Ductare aliquam. Terent.
Ducere filiam in matrimonium.
Iungi matrimonio. Dare cõnubio.
Coniugio vinciri. Dare nuptam.
Matrimonij copiſtro os præbere.
Iungere copulari, aſtringi matrimonij fœdere.
Bene compoſitum ſollicitare torum.
Concipere Thalamos, Parare, Petere.
Incumbere thalamis.
Promittere coniugium.
Deducere ſponſam Iuueni.
Coire toro ſacro. Coniugio frui.
Partos hymeneos exercere.
Connubia & hymenæos celebrare.
Multæ vxores in eiuſdem viri coeunt matrimonium. Soli. de Indis.
Filiam alicuius in matrimonium recipere. ἀγαδέξασθαι γυναῖκα.

Rem

Rem non nouam aggredi ioco dicitur, qui vetulam accipit vxorem ſen viduam . C. de iudi.

to breake, violate, or defile Mariage.

Nuptam fallere, Rumpere ſociale fœdus.
Soluere fœdus iugale.
Lædere fœdera ſocialia.
Violare iura mariti, Thalamos, Toros.
Temerare venerem maritam. Cubile.
Deſtituere toros iugales. Legitimos.
Sacra mariti polluere. Matrimonium odiſſe.
Qui mihi coniugij ſponſor & obſes erat.
Socialia fœdera rumpit.

a Marriner, a Shipman.

Nauta. Nauita. ναυτης.
Nauis, moderator.
Sulcator ponti.
Gubernator. Proreta.
Nauclerus. Nauiculator, Nauicularius.
Tiphys, quod primis gubernandæ nauis adminicula inſtituerit, generaliter pro nauis gubernatore ponitur.
Nauarchus, princeps, præfectus nauis, quem patronum vocant, *a Captaine, the maiſter or the Admirall of the ship.*
Nauarchis idis. *The Admiralles Ship.*
Claſſis ductor.
¶ Agere nauem, celocem, claſſem, triremes onerarias, eſt gubernare.

a Market, vide *a Fayre.*

Markes, vide *Tokens.*

let this be your Marke, intent or purpoſe,

Hic tibi ſit ſcopus, Hoc tibi ante oculos propoue, pone, ſtatue, conſtitue ad animum refer, huc mentem intende.
Huc ſpectet animus tuus, dirige conſilia tua, tuas cogitationes ad hunc finem, hoc tibi propoſitum ſit.
Mentis aciem in hoc intende.

a Masking viſour.

Larua umbratilis. Perſona. προσωπον. μορφωμα.
Facies compoſita, fictitia, vnde homines larvati, perſonati, qui adſcitiã faciem, ne aut tenebris ſcelera perpetrantes, aut lucibus terrorem alijs incutientes, dignoſcantur induunt, quem admodum diebus genialibus agitur.

Maſons.

Cæmentarij. Fabri murarij.
Murorum extructores.
Parietum eductores.

a Mat.

Plecta, nonnullis flecta dicitur. στρωμα. Storea. Matta. Teges. κλιδανος. φορμος.

Mates, vide *Companions*

Matter or Corruption.

Sanies. ιχωρ.
Tabo. Tabes velum.
Pus. πυον. Purulentia.

a Matter of great importance or weight.

Res ſeria, magni conſilij, non exigui ponderis.
Res grauis, difficilis.
Res ardua, multi laboris.

Magni

Magni momenti negotium.
Plena difficultatis res.
Magni, maximi ponderis negocium cui cuncta posthabenda sunt.
Res haud parui momenti.
Non iocosa. Res non est parua. Virg.
Pregnans causa.
Dignum propter quod vademonium diferatur, prouer.
In quo sanè totius causæ cardo vertitur, pondus consistit, res pendit

cleane from the Matter, vide nothing to the purpose.

a Mattresse.

Culcitra lanea.
Accubitum.
Accubita. ἀναλιντηρια.
Anaclinteti. Stibadia.
Matteracia. Thuscanica.
Vsus istiusmodi lectulorum Italis & Hispanis.

a Maund, vide a Basket.

Meade.

Medo & aliquorum opinione Medus
Aqua mulsa.
Hydromeli. ὑδρομέλι.

as I Meane, after my meaning or Iudgement: in my opinion.

Mea sententia. Meo animo.
Secundum animi mei sententiam.
Meo iudicio. Meo sensu Cic.
Ego de meo sensu iudico.
Vt mihi videre videor.
Mea opinione. Vt opinio nostra est.
Vt mea fert opinio, animus, hæc mihi mens est, Mens eadem perstat mihi,
Nec dubia mihi mens est.
Hoc animo fixum immotumq; sedet.
Quantum ego nunc corde conspicio meo. *vide as I thinke.*

a Meane or cause, vide Occasion and Cause.

Meate, vide Feeding

to Meddle with another mans matters.

Curare negotium quod ad se nihil attineat.
Aliena curare. Curare rem alterius.
Alienarum rerum satagere.
πολυπραγμοσύνη.
Domesticorum negotiorum obliuisci & foris aliena curare.
Depugnare in alieno negotio.
Rebus nihil ad se pertinentibus implicare se.
Laborare de re quæ nihil ad nos pertinet, quæ nos non spectat.
Ingerere se negotijs aliorum.
In alieno choro pedem ponere.
ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέναι, prouerb. dicitur qui se alienis miscet negotijs, & aliorum sibi vendicat partes. Interponere.
Immiscere se rei alienæ.
Falcem mittere in messem alienam.

Meeke, Gentle, Tame, mild.

Mitis, ἥμερος. Clemens.
Benignus, Facilis. Mansuetus.
Commodus, Beneficus.
Placidus. Placabilis. Lenis.
Candidus ἁπλοῦς, διαγὴς.
Blandus. ἥμερος.
Suauis. Beneuolus.
Exorabilis. Indulgens.
Benignitatis prodigus.
Leni ingenio, animo.
Singulari morum & mansuetudine.
Singulari lenitate & mansuetudine.
Oleo tranquillior.
Minime iracundus.
Ad remittendas offensas perfacilis.

Tractabilis homo. Longanimus.
Quieum consuetudinem haud moletum agere.
Facilimis quis amoribus dicitur, qui moribus commodis, venustis minimeque molestis, sed suauissimis omnibus.
Qui plurimum præ se fert humanitas.
Supercilio carens.
Quo nemo est vsquam ītr conuictu iucundior. *vide Gentle.*

to Meete with, or to come against.

Obuiam ire. Prodire.
Obcurrere, Obuiari.
Dare obuiam vel obuium.
Venire obuiam. & procedere honoris gratia. ἀπαντᾶν.
συναντᾶν. ὑπαντιᾶσθαι.
Ire aduersē vel aduersum, apud Tere. in Adelph.
Adire contra. Plaut. Id est adibo contra Obuenire alicui. Cic.
Aduersum venire.
Incidere in aliquem.
Offerre aduentum.
Ferre, offerre se obuiam vel obuium alicui. I obuius.

Meet, vide *Apt.*

it is Meet, Conuenient, it Becommeth,

as Meet was, vide *as Neede, &c.*

a Meet mate for me.

Mei ingenij homo valde mihi aptus est, mire factus est ad naturam meam.
Vehementer est ad meæ vitæ rationē & consuetudinem accommodatus.
Conuenit optimè cum meo ingenio.

Melodie, tunable musickes, and symphonie.

Consonantia. Modulatio.
Symphonia. συμφωνία.
Harmonia. Concentus.
Cantus. Cantio. ᾄσμα.
Melici, lyricique modi, moduli, apud Aus. i. dulces.

to Melt, or to be Melted,

Resolui. Defluere. Liquescere.
Loqui deponentale. χώνευω.
Liquifieri Deliqueo. Tabescere.
¶ Liquefacere, liquare, liquidum facere.

the prime Members of a man or woman.

Virilia virorum tantum, sed utrique sexui tribnūtur. Verenda naturalia, pudenda.
αἰδοῖα. Geniales partes Genitalia.
μόδια, Natura φύσις.
¶ Menta. Mentula.
Vetetrum. ὄρχις.
Penis. Colis vel Coles.
Cauda Priapus.
μόκλος. πέος.
Verpa. Muto apud Horat.
βαλάνος. Balanus. Membrum.
Membrum genitale, virile.
Virga Venerea. πάϑος.
Fascinum, apud Horat.
Caulis secundum Seruium καυλός.
Hasta venerea. Virga virilis.
Neruus apud Iuuen. Mensura incognita nerui, Terentium.
Ruber palus, apud Horat. 1. Ser. Obscænoque ruber porrectus ab inguine palus.
¶ Membrosus. Mutanearus.
Mentulatus. *well furnished.*
Penitus med prod.
¶ Serotus. μακόπαδος.
Pirga. Culeus. κολεός.
Testiculorum capsula, bursa, vidulus, sacculus, sinus.

Colei,

Colei cole, teſtes teſtituli, notæ ſigni, ficationis ſunt: & rei veneteæopus tranſigentes dicuntur.
¶ Subigere. Subigitare.
Operari rebus Venereis.
In Veneris fano facrificare. Catul.
Venereis voluptatibus frui.
Quicquid eſt puellarum confutuere.
Frangere thoros, apud Mart,
Sumere furtiuo gaudia læta thoro.
Conſuetudinem cum aliqua habere.
Futuere. Miſcere.
κυνδεῖν. Concumbere.
Noſcere cognoſcere. Irrumare
Inire, coire, Rem Veneream exercere. In Paphiæ deæ miſterijs operari, Subare, quod tamen propriè porcorum eſt, quamuis ad alia animalia & homines transferatur.
Admiſſuram facere brutis proprium.
¶ Porro mulierum pudenda paſſim apud authoreshiſce nomenclaturis diſignantur.
Interfœmineum. Cunnus.
κλιτορὶς. κλιτωρίεον.
Rima à ſimilitudine
Barathrum fœmineum, apud Mart.
Vulua. tametſi vulgus, exiſtimet, vox inlioneſta non eſt, verum ſignificans. ſeu folliculum muliebrem, ſic dicta quod partum inuoluat quaſi volua. Ponitur tamen non nunquã pro orevuluæ, alio nomine loci.
¶ Menſtrua. Menſes.
τὰ καταμήνια.
Mulierum profluuiũ, fluctus, purgatio

Men Mankind.

Homines. Aeuigenæ, Mortales.
Terreni. Terrigenæ. ἔγγενοὶ.
ἀνθρωποι, μίγητες.
Genus humanum.
τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος.
Caput caro. & anima pro homine quoque pronuntur præſertim in ſacris.
Filij hominum vel Adæ, pro hominibus frequens in ſacris. Hebraiſmuſe ſt. Humigenæ quod de humo nati ſint.

Mercie, vide *Compaſſion. Merie,* vide *Glad. to make Merie or good cheare: to be Frolike, to Delight, to take pleaſure.*

Exhilareſcere. Exporrigere frontem.
Plauiere. Iucundari.
ἀνθρώπομαι. Cum amiculis ſe recreare ſuauibus.
Operam dare rebus ludicris. Virg.
Soluite corda metu, ſecludite curas.
Curam animo expellere, eruere, eximere.
Leuare pectora diris ſollicitudinibus.
Excutere animo ſollicitudinem omnem.
Onare. Ouationem agere.
Relaxare animos, & dare ſe incunditati.
Cice. Diffundere animos, frontem vtrumque, apud Ouid.
Alacri animo eſſe. Iubilare.
ἀνθρεῖν. Suſtollere manus.
Hilarem hunc ſumamus diem.
Luculentè hunc habeamus diem.
Hodie modo hilarem fac te. Terent.
Hilariter viuere.
Fallere curas.
Vino curas abigere,
Explicare frontem, exhilarare.
Ponere ſupercilium.
Demere ſupercilio nubem. apud Ho.
Vehementer gaudere.
Animi curas eluere, diluere
Curas abigere, ſoluere remittere, pellere ejicere.
Moleſtas animi curas diſcutere.
Lætis ſoluere corda iocis.
Cor illi ſalire dicitur, qui vehementer exhilaratur.

Secum gaudere, & in sinu gaudere.
In sinu tacito gaudia premere.
vide to Live sumptuously.

Merily, vide *Iestingly.*

to Merualle, to Wonder at, to be Astonied.

Stupere. ἐξισταῦαι.
Stupescere. πτοεῖσθαι.
Perculsum esse. Inhorrescere.
Pacti insolentis stupiditate exhorrescere. Humanam rationem captiuam ducere. Stupore percelli.
Summam hominum admirationem excitare, Cic.
Aestu quodam in altum admirationis stuporisque rapi. Bud.
Obstupere. Obstupescere.
Animo percelli exalbescere.
In stuporem abire.
De mētis loco præ admiratione moueri.
Cum stupore admirari.
In stuporem verti. ἐκπλήσσεσθαι.
Consternari animo.
In admirationem rapi vel rapere.
Obstupefieri.
Stupeheri. Suspicere.
Mirari. Demirari.
Miraculo detineri.
Pendere ab alicuius vultu.
Monstri rarit ate obstupescere.
Facere, stupere, rapere.
Ad recordationem alicuius animo inhorrescere.
Θαύμας δ' ἴσχει εἰσορόωντα, apud Homerum. Stupor occupat inspicientem.

a Messenger, vide *Carrier.*

Mettall, vide *Copper.*

Midday, vide *Noone.*

Might, Strength, Power.

Potestas. ἐξουσία.
Potentia. δύναμις.
Potentatus. Imperium.
Virtus, quæ Græcè δύναμις.
Vires. manus, Robur.
Fortitudo. Vis similiter.
¶ Authoritas. Pondus.

Mightie, vide *Strong.*

with Might and maine, or with all Force and power.

Manibus pedibusque.
Omni conatu Omnibus neruis.
Toto pectore, animo, conamine.
Extremo conatu.
Magno nixu.
Pugnis & calcibus.
Læua dextaque.
πυξὶ καὶ λακτίσματι καὶ ἀγκῶνι.
Totis viribus. αἰσχεπτως.
Summa ope. Summa vi.
Summo studio, nisu, conamine.
Omnibus viribus. Totis neruis.
Velis equisque. Remis equisque.
Pro portione virili.
Pro viribus, pro virili.
Omni diligentia. *Vide to Trauell.*

Milde, vide *Meeke and Gentle.*

a Mill, a Querne.

Mala μύλη. Molendinum.
Moletrina pro eodem.
Pestrilla molendum à manibus. Ter. χερμύλον.
Mola alata, vel Pneumatica, *a Wind-mill.*
¶ Trapes. Trapetum.
Mola olearea.

to Minde, vide *Determine.*

my Minde or Opinion is this: this is my Mind or Opinion.

Animus mihi est.
Hæc mihi mens est. ἴσχω γνώμην.

Deli-

Deliberatum est mihi.
Sic visum est mihi.
Ita affectus sum. Ita animo est.
In animo habeo. Animum habeo.
Ita fert animus.
Quæ nunc animo sententia constat.

his Minde is Changed.

Animus mutatus est, à pristina mẽte & sententia defecit, discessit, abductus est.
Non sibi constat, labat in sententia, eadem non est, fixa non est, infirma est eius sententia.
In aliam partem se traduxit, priorem opinionem abijcit sensum deposuit aliter sentit & à se ipso differentit. *vide to Change.*

to make one to change his Mind, vide to Dissuade

to keepe in Minde, vide to Remember.

to put into ones Minde, Head or Braine.

Suggerere. Indere.
Subijcere, apud Terent.
Infercire verba, *to stampe in.*
Immittere in pectus humanum.
Instillare metaphoricè pro suadere, vtrumque apud Erasm.
Ingerere. Insusurrare.
Inspirare. Inserere.

out of Minde, vide Forgotten.

I am troubled in Minde.

Sum in mentis perturbatione.
Non sum compotis mentis, aut cõpositus.
Sum turbidus, vel turbatæ mentis.
Non sum mecum, quod vulgo vixq; Latine dicimus.
Sum malè dispositus.

a Minister, vide Preacher and Priest.

a Minstrell, vide Piper.

a Misbegotten, vide a Bastard.

Miserie.

Miseria, calamitas, acerbitas, duritia, durities, Vastitas, Vastities, Vastitudo, vexatio, oppressio, perditio corruptio, consternatio, consumtio, infortunium, exitium, damnum, detrimentum, infœlicitas, difficultas, egestas, paupertas, inopia, penuria, pernicies.

Miserable.

Miser, miserabilis, infœlix. Pauper, inops, abiectus, consternatus, spretus ab omnibus, cecidit, perditus, & fere extinctus est, deiectus est in miserrimam vitam, summas miserias, calamitates perpessus est, duriſsimo quæque, acerbissima quæque, miserrima quæque, postrema quæque tulit, sensit.

Mischieuous, vide Naughtie.

Misfortunes, Contrarie things, Aduersitie.

Res aduersæ. Contrariæ.
Turbidæ. Afflictæ.
Tristes. Perturbatæ.
Labefactatæ. Quassatæ.
Res desperatæ. Desperatissimæ.
Res asperæ. Dubiæ.
Languidæ. Molestæ.
Fractæ. Fessæ.
Fatigatæ. Trepidæ.

Attritæ. Diminutæ.
Comminutæ. Imbecillidæ.
Sic fata ferebant.

a Matter miſliked of.

Res reprehenſa, palam exagitatur, vituperatur, accuſatur, reprehenditur damnatur, acerbe notatur, infamia notatur improbatur.
Sermones ea de re minus commodi ſunt, parum honeſti, diſſipantur.

to Miſſe, vide *to Faile.*

great Myſteries, vide *Secrets.*

a Miter, vide *Biſhops. miter.*

Mitigated, vide *Aſſwaged. to Mocke, to Ieſt or Scoffe, to Flout, to Laugh at, to Scorne, to Delude.*

Nugari. Connugari. Ludere. Iocari
Nugas agere. Tractare ioco.
Afferre iocum, ſales.
Ludicra rebus ſerijs miſcere.
Iocari feſtiuiſſimè.
Indulgere feſtiuis iocis.
Ioco dicere. χλευάζειν.
Facetè cauillari. Vrbanum eſſe.
Affluere lepore omni.
Salibus vri. χαριεντίζεσθαι.
Alludere. ἐπιλύειν.
Lepida vrbanitate vti.
Ioco quempiam aſpergere.
Sale ſalſiſſimo ludere.
Feſtiuo ſale, comico lepore dicta temperare.
Connugari. Agitare ſales.
Dicteria ſalſa dicere.
Indulgere feſtiuis iocis.
Tractare ioca.
Iocari feſtiuiſſimè in quenquam.
Salibus ludere.
Miſcere ſales.
Tangere conuicio, ſcommate.
Iactare ſcommata.
Agere ſcommatibus.
Tangere abſolutè.
Ridiculis dictis excitare cachinnos.
Ludicris riſum mouere Sardonium.
Ridere. Irridere
Deridere. Deriſui habere pro delectamento habere.
Riſui habere. ὁ γέλωτα ποιεῖν.
Ludibrio habere. *to Delude.*
Subſannare. obaudire.
Deſpectui habere.
Ludibrio afficere.
Ludificare vel ludificari. Illudere.
Linguæ iaculis ſagittare.
Vncis nimium indulgere naribus, apud Perſium.
ἐκμυκτηρίζειν. Inſultare.
Naſo ſuſpendere.
κατὰ γέλωτα. cum genitiuo.
Facere Ludos, Agere lædorijs.
Democritico, Sardonio riſu ſuffiare.
Aceto perfundere, apud Horat.
Conuicijs proſcindere, infectari. figere. flagellare.
Sannis. Riſu Sardonico aliquem excipere.
Scommate percellere vario.
Dicaci ferire lingua.
Morſibus impetere.
Ore & dente petere.
Lacerare conuicio.
Conuicia iactare.
Riſibus quicquam proſtituere.
Dicacitate mordaci proſcindere.
Ronchiſonis ſcommatibus obſtrepere.
Lædere ſcommate, ludibrio, verbis.
Acriter inclamare, apud Plaut. pro conuicijs & clamoribus infectari.
Mordaci flamine quempiam petere.
Plauſtra ſcommatum iaculari in aliquem.
Stringere quaſi gladium bis acutum maſe-

maledicentiæ linguam.
Plaustra conuitijs plena vel onusta exonerare, in aliquem effundere.
Mordaci eruditione cachinno os.
Conuitijs vel dictertijs lacessere.
Consputare metaphorice.
Conuitiari. ἐμπαίζειν.
Naso suspenso subsannare.
σκιμαλίζειν. Ostentui habere.
Medium ostendere vnguem, digitum.
Ronchis & cauillis eludere.
Per lasciuiam eludere. ἐξυβρίζειν.
A tergo instar Ciconiæ pinsere.
Auriculas tendere, adsuere.
Cornua tollere.
Manus addere, apud Plaut.

a Mocker, Iester, a Scoffer, a Scorner.

Irrisor. Illusor. Subsannator.
Os infrene, petulans, maledicum.
ἀχάλινον στόμα.
Maledicus. Cachinno.
Democritus. Cacophanta. Ozimisator prouerb. Sannio onis.
Dicax. Dicaculus. Irrisor.
Salsissimè ludens.
Scommate percellens vario.

a Mocke, a Scoffe or a Iest a Scorne.

Dicterium. Dictum.
Sales. Risus.
Scomma. γέλως. λοιδορία.
γλαυκία. Dicax sermo.
Lidoria. σκῶμμα.
Iocus. Ludus.
Cauillum. Cauilla.
Facetæ falsitatesque irrisio.
Ludibrium. Hystricis sera.
ὑστριχίς.
Acetum pro dicaci mordacitate, apud Horat. Grecus, Italo perfusus aceto.
Verborum ludicra.
Dicacitas, Facetiæ.
Vrbanitates. Silli. Sanna.
Sales quales Cicero cum suo Bruto Pomponioque solet agitare.
Maxsonica dicteria,
σκώμματα μασσονικὰ τοῦ.
Derisio.
Illusio. Derisus.
Cachinnus. Ridiculum.
Subsannatio.

Modestie, vide Sobrietie.

Moist, Danke, Wette.

Madidum. Irrigium. Humidum.
Aquatitium. ὑμαλέον.
Humectatum. Vuidum.
Vdum (en fiudum per aspirationem.
Vligino sum. *To make moyst, vide to VVater the ground or garden.*

to Molest, vide to Vexe within a Moment, in the Twinckling of an eye.

In puncto temporis ἐν ἀτόμῳ. στιγμῇ χρόνῳ. In momento.
Et apud Persium, Momento temporis. ἐν ἀκαιρεῖ τῷ χρόνῳ.
Puncto mobilis horæ apud Horat.
In oculi nictu vel ictu.

to goe a Momming.

Mommos agere.
Laruis obambulare consuesa.

Monie, Substãce, or Wealth.

Pecuniæ. χρήματα.
Res. Nummi.
Aes, quod ex ære plerumque fiunt pecuniæ,
Aes obsignatum, & apud Horat.
Nomisma, numisma.
Res pecuniaria, nummaria.
Fortunæ. Bona.

without Money, Poore, beggerlike.

Pauper. Inops.
ἀχρήμων ἀχρήματος. id est sine pecunia,

cunia, cui deest nervus rerum agendarū, & is dicitur zonam perdidisse, prouerb. *vide Beggar.*

rich in Money.

Benè nummatus est, bene paratus à pecunia, instructus à pecunia, abundat nummis copiosus est à pecunia, minimè pecuniam detiderat.
Multum habet in arca, refertus est pecuniis, pecuniæ illi multum est, dives est, multum pecuniæ possidet, magnam auri vim argentiq́ue possidet, in numero habet.

to become a Monke a frier.

Implicare se instituto monastico.
Induere monachum, cucullum.
Simulatæ religionis habitum suscipere.
A vano huius mundi consortio separare se.
Monachatum capessere.
Inscribi albo monachorum.
Caput obuincire cuculio.
Se dedere, deuouere monasticæ vitæ.
Nomen dare Francisco, Dominico, Guilielmo, &c.
Abrenunciationem sæculi profitari.
Monasticis ineptijs initiari.
Renunciare abrenunciare sæculo.
Mancipare, dolere se religioni hypocriticæ.
Solitariæ vitæ se obstringere.

the Moone.

Luna. σελήνη.
Titanis idos, id est, filia Titani.
Latona, pro luna ponitur, apud Statium.
Lucina. Phœbe.
φοίβη. Phœbi soror, consors.
Delia. Diana.
Noctiluca. Cinthia quod quasi diem noctu efficiat vt scribit Cicero.
Moderatrix noctis apud Sta.
Mænæa. 2. Machabeorum cap. 1. id est, Diana, lingua Persica.
Tithonia. Tithoni coniux.
¶ Nouilunium. Neomenia.
Noua luna. *the newe Moone.*

Moreouer, Neuertheless, Furthermore.

Accedit his. Accedit huc.
Eodem accedit.
Addere Insuper. Adde quod.
προσέτι τούτοις φησιν.
Accedit ad hæc, *Vide Furthermore.*

More then enough.

Plus satis. Plus nimio.
Plus quam par est.
Amplius æquo.

the Morning or Dawning of the Day, vide *Early.*

to Morrowe.

Cras. Crastinus dies, ortus.
Crastina lux.

a Morsell, vide *a Bit, a Peece.*

in Morsels or gobbets, vide *Peece-meale.*

to Mortifie his minde, vide *to Represse his lust.*

at the Most.

Vt multum. Vt plurimum.
ὡς τὰ πολλά. Ad summum.
Cum plurimum.

to take away, to rubbe off the Mosse.

Muscum ferro distringere.
Eradere muscum apud Columellam verumque. Emuscare.
Depectere frondium canitiem.

Depellere

Depellere ſitum.
¶ Emuſcari pro muſco ſeu lanugine liberari. Colu.
Oleæ putantur, & emuſcantur.
Cui contrarium Muſcari. i. obduci Muſco.

a Mother.

Mater. Genitrix. Parens.

a Mother of many children.

Multos ex ea filios genuit, ſuſcepit, tulit.
Complures ex ea filij nati ſunt, filios ei peperit multos.
Ita fœcunda vxore vſus eſt, vt filijs aucta ſit multis.
Vt filiorum multitudine abundauerit.

to Moue, to Stirre.

Mouere. Commouere aliquem.
Aſſiliunt imi fluctus à gurgite ponti.
Ventis agitantibus æquora.
Non eſt æqualis rabies continuuſque furor.
Iuno freta torquet.
Pelagus torrentibus ingruit vndis.
Vada penitus permota ſtrident.
Mox remeat gurges, tractoq; relabitur æſtu.
Fertque refertque fretum.
Feruet ſpirantibus æquor ventis.
Caſu concuſſus amici.

a Mound, vide a Hedge.

to Mourne, to Lament, to Waile, to be Sorrowfull or Sad.

Gemere. Singultire.
Promere gemitus, ſingultus ex imo pectore.
Facere, ducere gemitos. Virg.
Ingemere.
Ex alto corde longa trahere ſuſpiria.
Premere gemitum ſub imo pectore.
Laniare animum doloribus.
Locum miſeris querelis implere.
Luctibus tabeſcere.
Rumpere, Lacerare, Scindere.
Abſcindere ſinum, Veſtem, Tunicam. *vide Lament.*

continuall Mourning.

Confector lachrimis, luctu conſumor, contabeſco, modum lugendi nullum facio, finem lachrimis non impono.
Lachrimis me dedo, nunquam abſtineo, vberrimus eſt meus fletus, aſſiduæ lachrimæ, perennes.
Nunquam non lugeo, luctum nunquam intermitto, non dimitto, non omitto, totus in luctu verſor, comes mihi vbique luctus eſt.
Perdunt me lachrimæ, nunquam non lachrimis hument oculi.

Mourning, Complaining, Lamenting.

Luctuoſus. Mœſtus.
Luctiſonus. Luctifer.
Dolorifer. Lamentabilis.
Lachrymabilis. Ingubris.
Querulus. Gemibundus.
Lachrymoſus.

to Mowe, to cut downe corne or graſſe.

Meſſem maturam falcibus incidere.
Metere, ſecare ſegetem, θερίζειν.
Secare frumenta, falce ſuccidere.
Scilire prata, apud Plinium & Varr. quæ ſemeſcæ prætermiſerunt, ſecare falcibus, conſectari.
Decerpere meſſes.
¶ Herbas cædere.
Parra reſecare falce.
Falcibus ſuoſecare herbam, apud Columellam. χερτομεῖν.

Much, or Many,

Multa. πολλά.
Plæraque. Plura.

Pluria.

Pluria. Complura.
Compluria. Plurima.
Quamplurima, & non complurima.
Diuersa. Multiplicia. Varia.
Mille hominum species & rerum discolor vsus, apud Persium.
Sexcenta sunt quæ memorem, apud Plautum.
Certus numerus est pro incerto.
¶ Plerique, Multi. Quamplurimi.
Bene multi, pro plurimis, apud Asi. Pol. Bona pars hominum, pro magna pars seu plerique.
Complures, singulari carens sicut & complura in neutro genere pluraliter.
Quos non vna vehat nauis, vt habet prouerbium.
Iuuenesque senesque.
Maximi minimique.
Parui & ampli, apud Hor. *Great and smal, yong and olde.*

Much, Ouermuch, Greatly, Very much.

Vehementer. Multum.
Plurimum. Valdè.
μάλα. μεγάλα. λίαν.
Mirè. Mirificè. Opidò.
Mirum in modum. Obnixè.
δαιμονίων ἐλίκων. Apprimè.
Cum maximè. Admodum.
Supra modum.
Iterum atque iterum.
πολλῷ τι ὑπερβολικώτερον.
Præter modum, apud Cic.
Mirandum in modum.
Modis omnibus.
Immodicè. Etiam atque etiam.
Impensè. Impensissimè.
Impendio. Eximiè.
Effusè. Effusissimè.
Magnoperè. Summoperè.
Quam maximè. Maximoperè.
Maximè. μάλιστα.
Nimioperè. Plusquam satis.
Effictim, apud Plaut.
Plusquam valdè. κράτα.
Nimium. Nimis quàm.
Benè, apud Terent.
Cic. Bene magna caterua, i. valde magna. Vnicè.
Grauiter pro multum, apud Cic.
Perinde, i. multum secundum Vallam.
Multis modis.
Ter. Terque quaterque.
Perquam multum. Vltra.
Miserè aduerbium.
Magnificè. Singulariter.
Sanè. Sanè quam.
Ita pro valde, apud Terent.
Apprimè. Perquam. In primis.
Oppidò quàm. Non parum.
Non vulgariter. Egregiè.
Adeò. Longe.
Haud mediocriter.
Infignitè, penult. producta.
Infigniter.
Vt & quam per interrogationem idē pollent, sicut Tantoperè & quantopere.

twise so Much.

Duplus. Bis tantus.
Alter tantus, pro quo Cic. dixit.
Duabus partibus maior.

to Multiply, vide *to Augment.*

a Multitude, a great number or company, an Assembly of people.

Caterua. Manus, apud Virg.
χλίδος. Chorus.
Corona, apud Horat. pro conuentu hominum circumstante.
Cœtus. Turba.
Turba miscellanea, confusa, colluuies hominum, Apulejo dicitur in metamorphosi.
Conuentus. Conuenticulum.
Plebs. Populus.

Multi-

Multitudo. Frequentia.
Concio. Conciliabulum.
Numerus. Congregatio.
Colluuio vel es.
Concilium. Si præterea ad exercitum vimque armatam, sermonem detorqueas, sequentia Vocabula instituto deseruient.
Cohors. Turma.
Phalanx. Exercitus.
Acies. Cuneus. Globus.
Ordo. Glomeratio.
Agmen. Legio.
Copia tam in singulari quàm plurali numero.

to Murther, to Rob.

Latrocinari. λῃστεύειν.
Viatores trucidare.
Vias obsidere.
Prædari. Deprædari.
Grassari. Obuios spoliare.
Ex cæde viuere. *To liue by robbing and murthering.*

a Murtherer, a Robber.

Latro. Latrunculus.
Latrocinator. Grassator.
Sicarius. Patricida.
Hominum iugulator.
Isauricus, à vitio gentis.
Obsessor viarum.
Ex cæde, ex rapto viuens.
Grassator. Prædo, onis.
Prædator. Raptor. Direptor.

to Murmure, to Grudge at a thing.

Murmurare.
Muginari, apud Lucil.
Admurmurare, apud Cic. pro tacito quodam murmure, non plana voce improbare id de quo agitur.
Murmillare, apud Plaut.
Mussare. μυζειν.
Mussitare. Mutire.
γρῦζειν. Facere susurrum.
Obstrepere. ἀλαλαζειν.
Recalcitrare sermonibus.
Obloqui. Obgannire.
Contradicere. Obmurmurare.
γρῦζειν. Submurmurare.
ὑποφωνεῖν. Respõsare.
Oppedere. Occinere.
Strepere. Fremere.
Submissa voce loqui.
ὑπηχεῖν. ὑπολίγειν.
Submissitare. Obacerare.
Reclamare. Refragari.
Contrarium dicere.
Replicare vulgò dicitur.
Summissim expostulare, vt est seruorum erga dominos, Bud.

to Muse, to Deuise, to Imagine, to Consider vpon, to Study, to Thinke vpon.

Animo corde volutare.
Animo voluere, versare.
Mente pertractare, euoluere.
ἀναλογιζεῖν. Cogitare.
Animo reuoluere, repetere.
ἀναπολεῖν.
Animum nunc huc nunc illuc voluere.
In memoriam versare.
ἐν θυμῷ βάλλεσθαι.
Animo cogitare.
Hoc equidem ducebam animo, rebarque futurum.
Pensitare factum.
Pensiculare rem.
Perpendere. Expendere causam.
In mente rei circumstantias, negocij difficultatem ponderare.
Recolere. Æstimare.
Recogitare. Reputare.
Repetere secum.
Reuoluere. Retractare.
Cogitare cum animo vel in animo.
In mente, cogitatione versare, agitare.

Ad

Ad rationem vocare, *Vide to Examine.*

Muſhrums, vide *Toad-ſtooles.*

a Muskle, a ſhel fiſh.

Concha. Conchilium.
Conchile genus piſcis firmiori teſta clauſi.
Oſtreum. ὄστρεον.

to Muſter men in the field.

Agere vel habere militum delectum.
Recognoſcere turmas equitum.
Exercitum recenſere, luſtrare.
ἐξετάζειν. Monſtrare.
Militis recolere numerum. Soli.
Inualidos atque imbeiles dimittere. *to put out of wages.*
Ære diruere *ærarium.* ἀποστεῖν.

the Mutability of this world.

Quæ ſit fortunæ viciſſitudo, quę mutatio, qui fluctus rerum humanarum, quam varia tempeſtate iactetur hominum vita, cogitate, animaduertite, attendite, exanimate, perpendite.

to dare not Mutter or whiſper.

Ne hiſcere quidem audere.
Ne my quidem facere.
Non audere mutire, labia dedncere.

N

Naked, Vncouered.

Nudus. Nuda corpora depoſita veſte.
Senſta nuda.
Ferro nudo concurere.
Poſito velamine, Sine veſte.
Nudus membra.
Nuda pedem, nudos humeros infuſa capillos.
Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis.

to Name, to give a Name.

Nominare. Appellare.
Vocare. Dicere.
Nomen aui referre.
Nomen ab vrbe ducere, trahere.
Inſcribere. Nuncupare.
Citare nomenclaturam.
Indigitare, apud Macrob.
¶ Indere, imponere nomen.
Denominare. Donare nomine.
Indere nomina patrum.
Maiorum nomina poſteris attribuere.
Nomen dare, Ponere, ſumere, facere, imponere, referre, figere, parare, tribuere, addere, ducere, ferre, trahere, gerere, habere, tenere.
Dici nomine ſuo. Genitoris nomine ſignare, nuncupare.

to haue an ill Name.

Peſſime tibi omnes dicunt, turpiſſime de te loquuntur, turpia quædam atque inhoneſta in te conferunt.
Valde te exagitant iactant, accuſant, carpunt, vellicant.
Omnes tibi grauiſſimè obtrectant, de tua exiſtimatione multum detrahere conantur, liberrime inuehuntur in te, nefaria de te diſſipant, diſſeminant, maledictis te onerant grauiſſimis.
Maledicta in te conferunt, congerũt, conjiciunt.
Ita de te loquuntur, vt honori tuo labem inferant, aſpergant maculas, tenebras offundant: vt honorem tuum turpi labe inficiant.

a good Name, vide *Good.*

a Napkin, or Handkerchiefe.

Mantele

Mantele seu mantile.
Mantelium. ἀφεσμακλεον. *Vide Handkerchiefe.*

by Nature, or by Arte.

one of my Nature or disposition, vide *a meete mate for me.*

whether Nature, or Arte giueth indgement, I know not.

Nondum planè constitui, nondum satis habeo constitutum, deliberatum, exploratum, explicatum, certum, naturæ ne munere, an disciplinæ beneficio iudicium contingat.
Iudicij præstantia, excellentia, vis, subtilitas verum à natura, an ab arte ac disciplina proficiscatur, contingat, manet, naturæ ne priuilegio concedatur, an sit ab arte ac disciplina petendum.
Vtrum is qui rectè iudicat, qui optimè iudicio vtitur, qui iudicio valet, præstat, excellit, facultatem habet optime iudicandi, iudicio abundat, naturæ debeat, an arti.
Bonum illud acceperit a natura, an hauserit à studio, ab arte, à disciplina.
Naturale, ne bonum sit iudicium, an potius in studio, arte, disciplina, doctrina, ratione situm, eiusmodi, quod doctrina tradatur, à præceptis ducatur, à magistris discatur.

Naturall, that is naturally giuen, or ingendred in a thing.

Natiuum. συγγενικον.
Naturale. Innatum.
Ingenium. ἐγγενόμενον.
Cum nutricis lacte errorem suxisse videtur. Cic.
Naturæ hic instinctus est.
Hominum mentibus diuinitus inseuit Deus, ita visum naturæ.
Insitum naturæ. Genuinum.
Natura, ex natura.
Omnium animis affixum.
Naturæ quodam impetu.
Ita fert natura.
Naturæ impulsu.
Natura indidit atque inseuit.
Inolitum atque impressum affectibus humanis, apud Amb.
Ingeneratum. Natura ingenerauit.
A natura insitum, inditum.
Natura vel à natura comparatum.
σύμφυτον, attributum, adiunctū, congenitum, hæreditarium.

against Nature.

Inuita Minerua, apud Cic.
Repugnante natura, & aduersante.
Refragante ingenio.
Belligerari, pugnare cum genio suo.
Obluctari Mineruæ.
Vim naturæ atque ingenio afferre.
Operas ab eo exigere qui eis magnopere grauatur.

Naughty, Wicked, Vngracious, Mischieuous.

Dyscolus. Improbus.
πανουργος.
Ex omnium hominum consortio deturbandus.
Prauus. αδικος.
Peruersus. Pernicios⁹.
Impius. Sceleſtus.
Nocuus. Scelus. Sceleros⁹.
Exitios⁹. Facinerosus.
Pestifer. ὀλοὸς.
Pestilens. Nefarius.
Pestis, metaph. sicut scelus.
Flagitios⁹. Malum.
Nequam homo.
Nefandus.

Qua

Quo nihil in toto orbe peſtilentius.
Sceleratus. Lues.
Internecio. Ab ingenio improbus.
Execrabilis, ἀόσ@.
Homo flagitiorum ac ſcelerum omni genere inſignis, Amb.
Reprobi numiſmatis.
Mali commatis.
πονηρού κομμάτ@.
Comma enim genus numiſmatis eſt vtiliſſimi, vt nunc quoque vulgus loquitur.
Vir ſceleris, in Biblijs ſacris.
Bipedum nequiſſimus. Niger.
Sacer homo, apud Hor.
Inteſtabilis & ſacer eſto.
Male ſibi conſcius, quē culpa redarguit ipſa.
Inquinatus vita omni.
Scelere ante alios immanior omnes. Virg. Flagitioſiſſimus.
Sceleratiſſimæ, ac deploratiſſimæ vitæ.
λοιμογονοβού@.
Vitam ducens inquinatam flagitijs omnibus.
Coopertus flagitijs, facinoribus, ſceleribus nefarijs.
Profligatus homo, ſceleribus perditus rapinæ, ſacrilegij nullius conſcientiam ſibi faciens.
Fatalis conſcientiæ malignitate confuſus.
Contaminatiſſimus.
Scelerum conſcientia territus.
Omnium facinorum genere contaminatus.
βουλόλοχος.
Admiſſi piaculi conſcius.
Deſperatæ ſalutis.
Conſcientia conuictus.
Vitam ducens flagitioſam.
Nocentem & conſcium habens animum.
Scelere ante alios immanior omnes.
Deploratus.
Deploratæ mentis. *vide* vvicked.

to come to Naught, vide *to Decay.*

the Naughtieſt fellow that liueth.

Homo nihili.
Omnium nequiſſimus.
πυλαίτατος.
Popularis. Ignobilis.
Futilis. Leuis.
Nulgaris. Plebeus.
κόπρε@ ἀνρ.
Nullius pretij homo.
ἀπλωτός. Homo nauci.
Nullius frugis.
ἀχέλατος ἀνθρωπ@.
Nullius penſi. Deſpicatus.
Deſpectus. Vilis.
Viliſſimus. ἀτίμητος.
Abiectus. κατωφερέστ.
Nullius æſtimationis, neque rei.
Homuncio. Homulus.
Iners. Inutilis.
Ficulnus. Encyclius vir.
Inutilior blace. Inglorius.
Obſcurus. Reiectus.
Expunctus, ſuffragio excluſus.
In animo redactus.
Non laudandus.
Ne ligula quidem dignus.
Pannus obſitus.
Pannoſus. Saceus.
A conſortio humano prorſus vel merito ſegregandus. *Not vvorthie to come into honeſt mens company.*
Dignus in quem conſpuatur, canes mingant.
Dedecus publicum. Infimæ ſortis.
Abiectæ ſortis homo.
Contemptitius.
Sceleſtus. Sceleroſus.
Contemptus. Contemptiſſimus.
Rejiculus. Deſpicabilis.
Extremæ claſſis.
Infimæ notæ. Imi ſubſellij.
Homo treſſis, ſemiſſis.

Sale

Sale emptum mancipium.
De lapide emptus.
Naca. Vappa,
Concha dignus, prou.
Numerus o *A cifer.*
Qui nullo eſt numero, habetur, nullo loco, non eſt in albo.
ἀνήριθμος.
Cuius exiſtimatio obſoleſcit.
Cuius, *ἄπερ οὗ μεγαρέων ὅδ' εἰς λόγος.*
Pannus lacer. prouerb. *A rotten clowt or ragge.*
ῥάκος πολυχρόνιος.
Ciceris & nucis emptor, apud Horatium in arte poë.
Qui apud omnes venit in contemptum.
Ab omnibus, deriſus atque conſputus.
Diobolaris. Faſtiditus.
Numerum augens.
Male paſſim audiens.
Studioſus ſiniſtri.
κακῶν ἀκροατής.
Mala fama grauiter apud exteros laborans.
Scopa diſſoluta.
Grauis, inuiſus, exoſus omnibus.
Infamis. Mali nominis.
Malæ famæ. Execrandus.
δυσώνυμος. Terræ inteſtina.
Telluris onus, inutile pondus.
Abdomini natus ſuo.
Fruges conſumere natus.
Onus nauis. *ἄχθος νεώς.*
Trioboli homo.
πεζὸλογος ἀνθρωπος.
Bos vel hircus Caricus.
Homunculus ex Caria.
ἀνθρώπιον ἐκ Καρίας.

to ſet Naught by, to Eſteeme nothing, to make no accompt of.

Parui æſtimare.
Parui pendere, ducere.
Parui habere.
Poſtremo loco ponere.
Contemptui habere.
οὐδὲν ὀλίγῳ πατεῖσθαι.
Pro nihilo habere.
Heſtæ aliquem facere.
Pro nihilo ducere.
ἐξουδενεῖν. Nihili facere.
ἐξουθένειν ἢ ἐξουδενεῖν.
Nihili pendere. Nihili ducere.
Vili pendere. *βλακεύειν.*
Flocci non facere, vel Flocci facere.
ἐν μυδὶ λόγῳ τιθεῖσθαι.
Nauci ſeu pili non facere.
Contemnere præ ſe.
Minimi, immo ne huius quidem facere demonſtrando rem vilem.
Inſtar fumi fungiq; putidi auerſari.
Non magni pendere.
In contemptiſſimis ducere. Eraſ.
In paruis, in minimis ponere.
Tanquam ſtercora reputare, æſtimare, in ſacris literis.
Ceu putamina, caſſam glandem, vitioſam nucem prorſus aſpernari.
Aſſis, dupondij, ſeu teruncij non facere.
Quatuor obolis non æſtimare.
Negligere. Nihil penſi habere.
Nullam alicuius habere rationem.
Nauci facere. Abhominari.
Non laborare.
De quorundam morſu noli laborare, Eraſmus.
Nihil morari. *Not to Care: not to paſſe for, ὑ φορτίζειν.*
Leuiter parumq; curare, nihil curare.
Nec ſuperos morari nec inferos, vt vulgo dicitur, neque Deum neque homines reſpicere. *To care neither for God nor the Diuell, Vide to Deſpiſe.*

Neare, vide *By.*

Neate, Cleane.

Purum. Terſum. Syncerum.

Imma-

Immaculatum.
Sine labe, macula. *vide Cleane.*

as Neede did require: or as meete was: as it was conuenient.

Vt æquum fuit. Vt tulit ratio.
Vt decebat. Vt par erat.
Vt decuit. ὡς τὸ εἰκὸς.
Vt conueniebat, expediebat.
Vt res popoſcit, tulit, exegit
Vt res poſtulauit, deſiderauit, expetiuit.
Vt oportuit, neceſſarium erat.
Vt neceſſitas tum temporis exegit.
Vt iuſtum, dignum, conſentaneum, rectum erat.

Needie, vide *Poore.*

it is Needfull, or it muſt needs be, vide *it muſt be Done.*

I haue no Neede of your counſell.

Non egeo, non indigeo tuis præceptis, admonitionibus, conſilijs.
Superuacanea ſunt, parum vtilia, nullius momenti, emolumenti, minime neceſſaria ſunt tua conſilia.
Locum apud me non habent, à me non requiruntur, non deſiderantur, non expectantur tua præcepta, tuis mihi monitis nequaquam opus eſt.
Tuis carere monitis facile poſſum.

a Needleſſe excuſe.

Superuacanea fuit apud me tua excuſatio.
Officium excuſandi ſine cauſa ſuſcepiſti.
Non erat cur te excuſares, cauſam excuſandi nullam habuiſti, minime neceſſaria fuit excuſatio tua.
Tuam excuſationem non deſiderabam, non requirebam, non expectabam.

a Neighbour.

Proximus. Propinquus.
Vicinus.

Negligent, Careleſſe, Slouthfull.

Indiligens. Supinus.
Oſcitans nomen.
Dormitans. Oſcitabundus.
Remiſſus. Negligens.
Obliuioſus. *Forgetfull.* Curio.
E læthæo qui biberit flumine.
Obliuionis campus, prouerb.
λήθης πεδίον.
Lætheo rore ſoporatus.
Qui proprij etiam nominis obliuiſcitur.
Qui multam mandragoram biberit.
Dolium filiarum Danai. *vide Idle.*

Negligence, Slouthfulneſſe, Careleſneſſe, Slowneſſe, or Slackneſſe.

Neglectus. Obliuio.
Negligentia. Incuria.
Indiligentia. Inconſiderantia.
Inconſideratio. Inconſulta ratio.
Incogitantia. Præcipitantia.
Oſcitantia. Somnolentia.
Torpor. Supinitas.
Segnitas, Segnities, & Segnitia.

Negligently, Slackly, Slouthfully.

¶ Languidè. Remiſſè.
Ignauiter. Neglectè.
Frigidè. Oſcitanter.
Defunctoriè. Supinè.
Segniter, adnerbia. ἀοργησίως.
Vide Slouthfulneſſe.

vertue neglected, of many Despised.

Probitas integritas, probati mores, vita illa quæ cum virtute traducitur, a paucis hodie probatur colitur, amatur.

Pauci sunt qui probitatem colant, amentur, sequantur, probitate delectantur.

Parui fit hodie probitas morũ & integritas, qui suũ studiũ in probitate ponunt, pauci sunt, reperiuntur, numerantur.

Paucos que inuenias.

Nest, vide *Womanlike.*

to make or build a Nest.

Nidos componere, comportare.

νοσσιὰν κατάλιε, ὡς ἂν εὐθέως ἐκτεκοῦσα. Nidulari.

Componite nidos, æstus non semper fuerit, vt Hesiodus scribit.

Nidificare. νοσσεύειν, νοσσεύειν.

Nidum ponere.

Construere, congregare nidum.

Nidificare, vnde aniculæ nidificant.

Hirundo lutum sub trabe celsa fingit opus.

Auis in Ramo secta laremque parat.

Trajicere celeri pede.
Exercitum nauibus deportari frequẽter Liuius dixit.
Vi facere viam.
Traduci. Tranſuehi.
Vehi. Peruehi.
Rumpere aditus.
Tranſmitti.
Innocuum dare alicui iter.
Deferri rate in vlteriorem Moſæ ripã *to be conueyed or caried ouer.*

Paſſed, that is paſt, and gone.

Præteritum. Exactum.

Trenſcurſum. Euolutum.
παρεκκεκλόφει.
φθάσιον. Elapſum.

to Paſſe, vide *to Excell. Paſſing well.*

I Paſſe not, vide *I care not.*

a Paſport, or a Safeconduct: a Certificat.

Fides publica, apud L. & Salluſt.
Senatus placitum, conſenſus.
Saluus conductus, vulgo dicitur.
Sunt qui poſtremum reprobent tanquam barbarũ cum tamen Neotericorum ſcriptis & apud Suetoniũ reperiatur in vita Cæſaris.
Commeatus. Cauſaria miſſio.
Symbolum itineris.
Teſſera tranſitus.
Libellus profectionis.

to giue or graunt a Paſport.

Publicam fidem interponere.
Tuti itineris literas concedere
Dextram dare ſecuritatis, 2. Machab. cap. 11. *To giue a ſafe conduct.*
Dare uel concedere commeatum, tameſi nonnulli barbarum cenſeãt, & etiam commeatum dare ſignificet viarum impendia benignè præſtare, ſumptus ad iter miniſtrare magnificos.
Dare fidem vt tuto ire ac redire liceat.
Liberum ac ſaluum conductum, commeatum concedere.
Securitatem præſtare.
Vnde iure gentium receptum eſt oratorem ſeu legatum, vel publicũ agentem negotium, nec cædere, nec violare.
πρόσθιον ἢ πόμπευτ. ἀδείαν δίδοναι.
Saluum conductum dare,
Plebeſcito ἀποτεστατέρα facere impunitate promiſſa, quod Græcis eſt ἄδειαν διδόναι, ἢ ἀσυλίαν.
Securitatem à quoquam poſtulare. *To require a Paſport.*
Accipere fidem publicam, i. impetrare ſaluum conductum.
Publica fide venire, ac redire. *To come vpon ſafe conduct.*
Fidem publicam habere, & ita ad comitia aduentare.

for Paſtime or Sport.

Animi cauſa.
Animi gratia ſubticetur eleganter dictio reficiendi vel recreandi.
Oblectamenti cauſa.
Delectationis cauſa.
Animi laxandi cauſa, gratia.
Voluptatis cauſa, apud Vale.
Ad oblectationem.
Oblectandi noſtri gratia, nam laxamento opus eſt.

a Paſture, a Place where beaſtes feede.

Ager compaſcuus ſeu paſcuus ager.
Paſcuum, neutri generis.
Paſcua ſub fœminino genere frequent in ſacris. Pratum.

a Patent, vide *Bull.*

Patient, Quiet.

Patiens πολύτροπον, Æquanimus Longanimus Tollerans Suſtineus Socrates.
Communi animo.
Aequo animo ferens.
Aduerſa quæque ac contraria boni conſulens.

to be Patient, to take Patiently.

Pati, ferre malum fortiter
Æquo, leui animo pati ſene patienter pro quo vulgus patientiã habere dicit.

Iolem

Eodem vultus tenore, etiam aduer sis interpellantibus, perstare.
Solinus de Socrate.
Malum efferre Cice, patiendo scilicet
Vincere, subducere, Sepelire.

Patient in aduersitie, vide *ill Fortune.*

Patiently.

Æquanamiter Patienter.
Fortiter. Constanter.
Tolleranter, Tranquilla mente.
Patienti, constanti, fari, æquo, bono animo fere.

a Path, vide *a Way.*

a Patron or Protectour: a Defender.

Patrocinator. Patronus.
Protector. Defensor.
Tutor defensator.
Mecœnas.

a Pauillion vide *Tent.*

to Pause, vide *to Tary.*

to make Peace, vide *to Pacifi*

to houle his Peace, to keepe Silence.

Tacere. Reticere.
Obticere. Obticescere.
Conticere. Conticescere.
Labia comprimere vel linguam vocé
Pythagorico vti silentio
πυθαγορίζειν.
Linguam frenare, refrenare.
Digito labellum compescere.
Tenere silentium, apud Ouid.
Fauere absolute pro silere, apud Terent.
Facere finem sermoni.
Fauere, adeste æquo animo.
Fauere linguis apud Senec. & Ouid.
Linguisque animisque fauete.
Silere. σιγεῖν Supprimere.
Harpocratem agere, vel Angeronam.
Continere audita, arcanum cælare.
Redituras per iugulũ voces retinere.
Tenere se in silentio vel intra silentiũ
Premere vocem, est subito obmutescere.
Obliterare. Immutescere.
¶ Silentio præteirere, inuoluere.
Transire. Pertransire.
Supprimere. Prætermittere.
Taciturnitate, silentio cælare.
Nescire quod scias.
Dissimulare quasi nescias.
Premere quicquam ore. *To keepe close*
Manum ad os imponere.
Obdere, imponere frenum ori, labijs.
Non temere ad quemuis effutire.
Continere vocem stultitiæ indicem, apud Cic. Consilere vocem.
Pœstare silentium, apud Ouid.
Præterire. Omittere.
Nullam de re facere mentionem.
Prætercurrere. Transilire.
Saltum facere. *To passe.*
Quod muti citius loquantur quam ille.
Cuius, dicta pennis carentia haud lõge auolant.
Libere dixeris verba fine pennis erunt.
Quod scio nescio.
Silentium dare facere, apere.
Harpocrati dictum esse puta.
Vel lapides citius loquatur.
¶ Silentium vendere magna pecunia apud Asco, pro accipere pecuniam pro silentio.
¶ In silentium descendere
Argentanginam pati, vt de Demost. bene ferunt.

a Pearle.

Margarites, vel itum. Gemma.
Margarita μαργαρίτης
Anio, & persimilitudinem Bacea.

a Peece, or Morsell.

Pars. Particula.

Frustum.

Fruſtum. Fruſtillum.
Petia, iuriſconſultus frequens, vt petia terræ, ſed gallicâ potius dictio quã Latina.
μίεγε. μίεγη.
¶ Reciſamentum papyraceum, charta-ceum, membraneum, *A peece of paper or parchment.*

Peecemeale, in peeces, morſels, or gobbets.

Minutatim, vel Minutim.
Incifim. Fruſtatim.
κλασμαδὸν. Fruſtulatim.
Aſſulosè. Aſſulatim.
κῆ σκινδαλμὸς.
Membratim. Gradatim.
Particulatim. Per membra.
Articulatim. Officulatim.
Partem per partes. κατὰ μίεγε.
Per numeros. Per ſpecies.

a Peece of Tronble, a Troubleſome buſines.

Difficilis res eſt, laboriosa, non facillima, minime facilis, difficultatis habet, negotij laboris plurimum.
Non ſeares eſt, quæ facile, paruo negotio, leui labore, non magno ſtudio effici poſſit.
Magne difficultatis, multi laboris, non parui negotij, non operis exigui.
Laboriosa, operosa, grauiſſima res eſt in qua ſudandum ſit, ſuſtinendi labores.
Multum opere ponendum vigilandũ, excubandum animo ſit, non leuiter laborandum, ſtudij multum, induſtriæ plurimum ſit adhibendum.

a Pellet, vide *a Gunne ſtone.*

to Pilgrimage, vide *to Go in pilgrime,*

a Penn-horne.

Calamarium. δήκη.
Graphiarium. Theca calamaria.
γραφεῖον δήκη. Tbeca pennaria.
Theca graphiaria.

to make one Penſiue, vide *to Griene one.*

Penſineneſſe, Sadneſſe.

Auxietas. Angor. Sollicitudo.
Ægritudo. Triſtitia. Mœſtitia.
Dolor. Granitas. Luctus.

Punury, vide *Scantneſſe.*

People, vide *Flocke.*

Peraduenture, Perchaunce.

Forſitan. Forſan. τυχὰ.
Fortaſſis. Fortaſſe. ἀρα.
Fors. Forte. συμβὰν.
Fortuna. Caſu.
Forte fortuna. Temere.
ἐκ τύχης. Fortuitu, vel fortuitò.
κῆ τύχην.

to Perceaue, to Foreſee.

Præſentire. Subolere.
προγινώσκειν.
Suſpicari. Suſpectum eſſe.
Suſpitionem habere.
Arbitrari. Exiſtimare.
Putare. Autumare.
Reſcire. Reſciſcere.
Odorari metaph. sicuti.
Subodorari, & olfacere.
ὀσφραίνεσθαι. Olfactare.
Tanquam per ſomnium intelligere.
Per nebulam reſcire.
Per caliginem intellegre, videre.
Perſentiſcere. Præſentiſcere.
Quodam ſuſpitionis odore ſentire aliquid.
Summis naribus olfacere.
Per ſomnium quidem meminiſſe.

Eſſe

Esse in suspitione.
Leui experimento coniecturaq; quælécunque deprehendere.
Suspitionem in pectus demittere.
Animum alicuius tangere dicitur suspitio.

to Perceaue, to Vnderstand.

Percipere. Intelligere.
Mente. Assequi.
Comperire. Inuenire
Perspicere. Cognoscere.
Accipere. Audire. Videre.
Compertum vel exploratum habere.
Spectatum, expertum, exploratum, perspicuum est mihi.
In promptu est.

ye may Perceiue or see.

Videre est. Cernere est.
Videre licet. Cernere licet.
Videas. Cernas vel cerneres, procernere potuisses.

not to Perceaue, vide to Vnderstand.

a Percer, vide Anger.

Perfectly, vide Exactly.

Perfect, vide Absolute.

to Performe in deed.

Præstare factis & exprimere, apud Erasm. frequens.
In opus transferre.
Ad rem ferre, producere.
Opere comprobare, perficere.
Conferre verba ad rem.
Rebus respondere. explere.
Effectui mancipari, tradere.
Effectum dare. *To fulfill.* Terent.

Perill, vide Daunger.

to Perish. to Decay.

Collabi. Dilabi.
Perire. Confidere,
Oppidum interciderc dicitur.
Intermori. Interire.
Deperire. Consenescere.
Cadere. Aruina sæua
Corruere. Ruere.
Ruit alto à culmine Troia.
Senescere. Inueterascere.
Labi, dilabi apud Ciceronem.
Occidunt, desinuntq; fragilia & caduca. Mutari. Labascere.
Conflaccescere. Occidere à cado.
Cum fundamento perire.
ἐρέπτειν καὶ ὀπισθόπους ὀτρωλύεσθαι.
Ruinam minitari vel calum.
Sic vetustate dissoluta dicuntur labi, id est sensim ruere.
Definire, finire. *To take an end.*
Deflorescere, Metaphora ducta ab arboribus Cicero.
Deflorescit formæ dignitas morbo aut vetustate.
Defluere, Metaphora ducta ab amnium fluxu similiter & Effluere. Euanescere, Ire in auras, Disperire, Disparere, ad ad nihilum recidere.
Abire pessum, id est perditum.
Exarescere, Metaphorice.
Cedere æuo, Soli.
Senio collabi.
Monumenta fatiscere dicuntur.
Scripta tempore tabescere, vetustate deleri. Quæ non penitus sublata est, sed extat.
Cuncta in æquoreos abiecerit irrita ventos.
Cuncta vt letheis mersa feruntur aquis.
Extinctum longis excidit ōne malis.
To vvaste away by lenght of time.
¶ Vindicare ab oblivione hominum atque silentio laudem prope senescentem.
Nobilissimam familiam iam ad paucos redactam pene, ab interitu vindicare, Vtrumque, apud Cice *To renevv or restore againe.*

to

to Permit, vo Suffer too much: to giue ouer much libertie.

Nimium indulgere, permittere.
Indulgentius aliquem habere, apud Erasmum.
Lenius tractare, habere.
Assentari. Obsequi.
Dare licentiam. Cice.
Consentire.
Laxare habenas, frænalicentiæ.
Remittere frena.
Effrenem non satis coërcere adolescentiam.
Adolescentes sibi permissi sese perdunt.
Lora, habenas dare laxas.
Laxiore ducere habena.
Concedere facile. εἰδιδόναι.
Delicatè tribuere, atq; ita adolescentem prolem; gnatum perdere corrumpere, deprauare, malis moribus inficere. *To marre, to spill.*
Nimia indulgentia filios incellani barathro mancipare.
Parum siquidem indulgentia filiorum flagitia in immensum crescunt.

a Perpetuall renowne, vide *Euerlasting.*

to Persecut, vide *to Vexe.*

a Persone, vide *a Curate.*

to Perswade fally, earnestly.

Instantèr persuadere.
Incitare. Adducere.
Suadendo inducere.
Impellere. ἐγκεῖσθαι.
Inculcare Metaphoricè.
Fidem facere alicui.
In sententiam aliquem impellere.
Aliqua ratione inducere.
Persuadere.
Huic magnis præmijs pollicitationibusque persuadet., vt ad hostes transeat.
Mouere afficere, *To moue.*
In sententiam suam trahere quampiam, seu adducere συναγαγεῖν.

by your Perswasion, vide *Counsaile.*

to Peruse, vide *to Correct.*

the Pestilence, or the Plague.

Pestis. Pestilentia. λοιμός.
Pestifer morbus.
Aëris venenum, Corruptio.
Aër corruptus.
Pestilitas pro eodem, apud Lucr.
Febrilis, atra pestilens, dira Lues.
Epidimia, vulgo.
Contagio aëris infecti.

a Petten or a wooden shoue.

Calceus ligneus, ex ligno.
Calo. Solea, lignea. Soccus.
Calopodium. καλοπόδιον.

Peuish, vide *Obstinate.*

a Phisition,

Medicus. ἰατρός, ἀλείπτης.
Medicamentarius à Plin. dicitur cognoscens morbos artemque medendi.
Medicus quem naturalium rerũ profunda cognitio, curandique fides commendat.
Clinicus à lectis ægrotantium quos frequentat.
Medices professor.
Artis Medicæ peritus.
Empiricus ab experientia.
Arte medica insignis.
Morborum propulsator.
Archiater, ἀρχίατρος, Medicorum princeps.

Saluator-

Salustor noster à D. Hieronymo Archiater dictus, quod sit medicus Christianorum. & animarum languentium præsentissimus opitulator.
Et vt refert Galenus Græcis. ἀσκλαπιάδαι πατρικοί. Medici dicuntur.
Phœbus. Æsculapius.
Chiron. Et Crenistratus.
κτηνίατρος, apud Firmicum, & iumentorum & pecorum medicus, quem mulomedicum interpretantur. & Veterinarium Columela cum Varrone vocant. *A horse leach.*
Et morbi armentarij, apud Soli. quibus armenta laborit.

a Phisicke, or a Remedie.

Medicamentum. Medicamen.
Salubre, Salutiferum.
Medicina. Remedium.
Antidotus, uel antidotum.
Venenum, pro eodem.
Succus amarus, apud Poët.
Pharmacon. Mithridatum.
Theriace. Medela.
ἄκεσμα. ἄκεσις.
Alexicacon. ἀλεξίκακον. quo etiam Amulerum dicitur, est remedium Contra quascunq; mala ac venena.
Alexipharmacon, auxiliare medicamentum.
Salus pro remedio. Virg.
Vna salus victis.

to Picke out, vide *to Choose.*

a Pike a Speare.

Hasta framea Germanorum.
Lancea Hispanorum à latitudine ferri dicta. λόγχη.
Pilum Romanorum & telum.
Materis gessum vel gesum Gallorum.
Quiris Sabinorum.
Iuuelis Bastarnorum.
Sabina Illyricorum.
Sarissa Macedonum. Tragula.
Hastile. Contus, Cuspis pro hastu.
Halabarda, *An Halbard.* apud Italos omnium ferè est apparatorum, ijs paratorum, germanis tam superioribus quàm inferioribus in vsu. Hæc à nonnullis dicitur Cunigellus, ab alijs Bipennis.
Venabulum *Venue.*
¶ Hastis pugnare, dimicare δορυξοέω. μαχέσθαι διὰ δορατων.

a Pillar, a prop, a Shore, a Stay.

Pila. Columna.
Columella. Plinius columnas stallas appellat.
Fulcimentum. Fulcrum.
Cippus pro Columna ponitus.
Stylus. Anchora domus metaph.
Guberaculum. Teren.
Columen familiæ, cui reliqua domus inititur.
Epistilium, latinè Capitellum, *The capter of a piller, the foot of a piller.*

Pilles, of phisicke.

Pilulæ, quod ad similitudinem pilæ sunt sphæricæ figuræ.
Trochisci, qui Græcis dicuntur.
Catoporia, à κατοπτεύω.
Cathartica. *A purgation.*
Vicioso purgare corpora succo

a Pillorie.

Collistrigium. Columbar.
Numellæ.
Caues pro maleficis & aduletris castigandis, superpositæ postis erectis.

a Pillow, vide *Cushen.*

a paire of Pincers, vide *Tongs.*

a Pipe, a Flute.

Phistola vel fistula. Calamus Tibia.

Tibia. αὐλός.
Syrinx vel Syringa. σύριγξ.
Auena per metonymiam ſicut & Cãna.

a Piper, a Fluter, a Minſtrell.

Tibicen, med. prod. quaſi Tibicen, hoc eſt, αὐλητὴς aulites, apud Græcos, cuius fœmineum αὐλήτρις quæ in tibina canit.
Tibicinia Tibicinistria, & Tibicinaria.
¶ Lyriſtes, lyricrepa lyricen λυρῳδὸς qui lyra canit.
¶ Cornicen, qui cornu canit κερατίνης.
Cornicinus, apud Cic.
¶ Tubicen, med. cor. qui in tuba, id eſt Buccinator vel Æneator, *A Trumpetter*, ab ænea tuba.
Canens tuba, Claſſicus.
¶ Liticen, qui in lituo canit.
¶ Choraules vel Choraula, *A Piper for a daunce.*
¶ Aulœdus aut fiſtulator latinè.
Ciceroni, & apud Mantuanum fiſtulicen, *A Fluter.*
¶ Fidicen med. cor.
¶ Citharœdus κιθαρῳδὸς, vel citharam tendens & Apollinei peragẽs officium vatis, citharam plectro crepitante fatigans, *A Harper.*
Fauoris emerẽdi gratia chordas percurrere.

to Pipe, to Flute.

Ludere fiſtula, tibia, calamo agreſti. Canere tibia.
αὐλεῖν.
Dat tibia ſonos, Stridebat tibia cantu.
Agere tibicinem.
Tibiæ modis conuiuas oblectare.
Ad numeros raſilem inflare tibiam.
Syringa melos fundere.
Reſonis cannis, dulciſona modulari carmen auena.
Fiſtularum imitari modulus tubarúmque concentum, Soli.
Peritus ore fiſtuláque cantare.

to Piſſe, to make water.

Meiere. Mingere. ὀρεῖν.
Facere vrinam. Lotium facere.
Veſicam leuare, exonerare.
Emittere lotium, vrinam vel excernere.
Mictilare. Vrinam reddere.
Agere flumen, *to make a riuer.* Ciere, prouocare, mouere vrinam.

a Piſpot, or Chamber pot, a cloſe ſtoole.

Matula. Vrinale.
ὀρινεῖα. ψυττάριον.
Metella, apud Martialem & Metellio diminut. μετάλλιον.
Schaphium. σκαφίον.
Vaſculum vrinarium, excrementicum.

to Pitch his tents.

Caſtra metari deponentale, aut diſtinctim.
Metari caſtra. κατασκάπτειν.
Caſtra ponere, locare.
Stationem habere. Tendere.
Facere, Figere caſtra, apud Cæſ.
Tendere papiliones, tabernacula.
Figere tentoria.
στρατοπεδεύειν.
Conferre caſtra caſtris, eſt ex oppoſito metari. Cæſar.

a Pitchforke.

Marga, æ. Columel.
Furca. Furcula. δίκελλα.
Furcilla. Bidens. δίκελλος.
Trident. τριαινα.

Pitie, vide *Compaſſion.*
to giue Place, vide *to Recule.*

to Put in the place of another, vide *to Suborne.*

the Plague, vide *Pestilence.*

to haue the Plague, or to be sicke of the Plague.

Pestifero igni æstuare, exæstuare, peste laborare, morbo exitiali, Luc. λοιμώττειν.

The Plague increaseth, or waxeth very hote.

Vegetius. Aëre corrupto perniciosissimus nascitur morbus pestilens, contagium passim locorum serpit.

Pestis incrudescit, quũ pestiferi morbi repullulant & ingrauescunt passim vagantes.

Dicitur præterea Grassari, Sæuire, Desæuire, quum nihil à pestilentia tutum, sed ingenti hominum clade inualescit, & omnia nouo pestilentiæ genere conflagrant, ardent.

Stage Players.

Comœdi. Tragœdi.

Histriones. Mimi.

Pantomimi penult. prod.

Fabularum actores.

Planipedes.

Ludiones. Ludij.

Thymelici. Συμβλικοί, vnde in canonibus sacris.

Scenici. Theatrici. Actores.

Imperator histricus vel comicus & Choragus, qui præsunt exhibendæ comœdiæ.

to Play a Play vpon a stage.

Agere, recitare ædere fabulam, comœdiam Ædere spectacula.

Instituere ludos.

Celebrare, Concelebrare ludos.

Ludis celebrare diem natalem.

Dare, Exhibere spectaculum. *Vide Scaffold.*

to Play the wanton, vide *wanton.*

a ioyners Playne.

Dolabra. Dolabella. ἀξίνη.

Dolatoria, apud D. Augustũ.

Planula. idem. Ascia. Asciola.

Plaine, vide *Euident.*

Plainly, vide *Simply.*

a Plaine dealing man.

to Plaister walles, vide *to Parget.*

to Plaister.

Emplastrum, quamuis rectius cataplasme.

Malagma, à mollificando.

Epithema, quod etiã, *a Tent* significat.

Basilicum, apud Celsum pro eodem.

Ceratum, *a Cerecloth.*

to Plane, or to make plaine or Smooth.

Dolare. ἀξινίζειν.

Edolare. Dedolare.

Polire. Radere.

Æquare. Planare.

Complanare. Leuigare.

λειαίνειν. Leuare.

Dolabrare. Dicitur etiam dolio is.

Asciare. Exasciare.

Scabrum, impolitum, vel distortum planum reddere, leuigare.

Pilare pro complanare. πλεῖν.

Abradere aliquid acuta dolabra.

Aliquod opus politius limare.

Delimare. Elimare.

In quadrum redigere, *to Square* in ordinem aptamque structuram concinnare, exæquare.

Exasciatum opus, apud Plautum, id est, vtrunque dolatum, leuigatum nondum tamen vndequaque expolitum.

Porma

Porma rudi delineare.

to Plant.

Plantare. Experare ſulcis.
Concretam radicem effigere terræ.
Radice in tartara tendit.
Penitus terræ defigare arborem.
Vitem tenui committere ſulco.
Humo tegere ac foueis abſcondere.
Plantas, ſtirpes obruere terra.
Summum cacumen mandare terræ.
Plantas feraces figere humo.

a Plate of any Metall.

Lamina. ἐλατὸς. Bractea.
Bracteola ex quibuſcunq; metallis.
¶ Bracteator & bractearius. *A Plate beater.*

a Platter, vide *Diſh.*

to Pleade, to go to Law.

Iudicio decertare, contendere.
Litem agere. Litem habere.
Lites agitare. Certare.
Lege agere. Iudicio experiri.
δικάζεσθαι.
In iure diſceptare, quod græcis eſt. δικαιολογεῖσθαι.
Cauſas agitare, apud Mart.
Suſcipere litem.
Litigare.
Cauſam, lites agitare, apud Eraſmum.
Contendere.
Diſceptare. Iudicum ſententijs controuerſiam finire.
Iure controuerſiam diſſoluere.
Agere ex ſyngrapha cum aliquo.
¶ Litium triciis ſeſe impendere.
Habitare in foro, apud Cic. in forenſi commentatione aſſiduum eſſe. *Stil Pleading.*
¶ Forum agere. Ius dicere.
Iudicia exercere. Iudicare.
Dijudicare. *To iudge, to ſit in iudgement.*

a Pleadge, vide *Surety.*

Pleaſant, Delectable.

Gratus. Suauis. Placidus.
Acceptus. Dulcis.
Delicatus. Lautus.
Amœnus. Iucundus.
ἡδυτός. Delectabilis.
ἥδιλος. Volupe eſt.
Voluptuoſus. ἡδυσμάτιον.

Pleaſant and profitable, vide *Learning.*

a Pleaſant ſaying, merry in Talkes.

Dicta dicit eiuſmodi, ijs vtitur dictis, ita facetijs valet, ita bellè ſcitè, venuſtè, argutè, ingenioſè, feſtiuè, lepidè iocatur, vt ſingulis verbis riſum excitet, commoueat, faciat, vt audientes mira voluptate perfundat.
Eius dictis, facetijs, iocationibus mire capiuntur omnes.

Pleaſant, vide *Ieſtingly. it Pleaſeth or liketh me well.*

Animo ſedet, apud Virg.
Cordi eſt. Placet. In animo eſt.
Perplacet. ἀρέσκει.
Gratum eſt. Acceptum.
Deo viſum.
Placitum eſt. Sedet arbitrio.
Arridet. Blanditur, Adblanditur, frequentria apud doctos.
Pergratum mihi eſt.
Accipio legem, conditionem.
Placuit animo. ἤνεσε θυμῷ, apud Hom. Lubitum eſt animo.
Palato ſatisfacit.

it Pleaſeth me not.

Diſplicet. Sordet. Pudet.
Non eſt viſum mihi.
Non probo. Nolo.

a Plu-

a Pleasure or commodity.

Commoditas Commodum.
Amœnitas. Oblectamentum.
Oblectamen. Delectamentum.
Delectatio. Oblectatio.
Vide Gladnesse.

to doe one a pleasure or good Turne.

Gratificari. χαρίζεσθαι.
Beneficium conferre, dare, præstare.
Rem gratam facere.
Pergratum illi facies, apud Terent.
Gratum facere. Cic. Sed quando ita natura comparatum est, vt qui rem nobis gratam faciant, in eos voluptate simus propensiore, non rarum est, vt gratificando apud nos gratiosi sint, *i.* authoritate multum potentes.

to take Pleasure, vide *Delight.*

a Plenteous table, vide *Banket.*

Plentifull, vide *Abundant.*

Plentie, vide *Abundance.*

Plentifully, vide *Abundantly.*

the Pleurisie, vide *Stitch in the side.*

to Plowe, vide *to Eare.*

a Ploughman, or Husbandman.

Arator. Colonus. Agricola.
Rusticola Rusticus. Cultor.

to Plucke in sunder.

Diuellere Dirimere.
Disfoluere Distrahere.

Detrahere. Decerpere arborum poma, Vuas, Fructus, Carpere aliquid.

to Plucke out, or pull vp by the rootes.

Euellere Extirpare.
Eradicare. Eruere.

the Spanish or French Pockes.

Scabies Hispanica, Gallica.
Scabies Neapolitana. Lues.
Poscæ Gallicæ, apud Eraſ.
Gallica lues. Pudendagra.
Morbus Gallicus.
Sacra scabies, i. execranda.
Turpi laborare scabie. *To be ſicke of the Pockes.*
¶ Marisca, alio nomine Condyloma & Ficus masculini generis morbus est seu genus vlceris fœdi. Ex crescentia carnis circa anum σύκωσις vel σύκωσις & hæmorrhois Græcis dicitur. *The Pyles or Hemorroids.*

Poyson, Venom.

Virus, Venenum.
Toxicum. Aconitum.
Pharmacum. φάρμακον, vtrumque significat remedium & venenum.
Socratica passio.
Medicamentum aliquando pro veneno sumitur.
Gorgonijs infectus Venenis.
¶ Venenosus. Virulentus.

to Poyson.

Veneno necare, extinguere, interficere.
Mortiferos porrigere succos.
Venenare. φαρμάσσειν.
Toxica dare, miscere.
Pharmaco è medio sustollere.
Venenum alicui infundere.
Toxico inficere, seu veneno.

Corrumpere ventris.
Inducere poculta. Virg.
Miscere aconita, Ouid.

to Pole the head.

Capillos demere vel resecare.
Attondere aliquem per pectinem.
Caput tondere.
Caluitium capiti inducere.
Caput nouaculæ subiicere.
Capillos ponere.
Crines soluere.
Abscindere comas.

to make Poore, vide Consume.

the Pope, the Bishop of Rome.

Summus Pontifex.
Summus pater.
Pontificum caput.
Primarius Sacerdos.
Papa Latius pater.
Pontifex maximus seu Romanus.
Maximus Romana in sede sacerdos.
Summus sacerdos.
Petrinæ gubernator nauis.
Cathedram Petri vicaria successione obtinens.
Cuius caput fulget, condecoratum est corona triplici. Seu triplici fulget honore caput.
Qui fronte tegmina celsa gerit.

to be Pope.

Romæ pontificem agere.
Papatui præesse.
Pontificatus summi honore sublimari.
Apostolicæ sedes sacerdotio fungi apud Max.

to become Pope.

Ad summi Pontificij fastigium, ad summum pontificatum euehi.
Summum inire sacerdotium.
Summo pontificatui, & ecclesiæ Romanæ præfici.

a Portall, a porch.

Atriolum. Antepagmentum. Cato.
Vestibulum. Prothyra.
Porticus. προθυρον.
Propyleum. προπυλαιον.
Proaulion. προαυλιον.

a Portar, or a keepe of a gate.

Portarius. θυρωρος.
Ianitor Custos ostij.
Ostiarius. Atriensis.
πυλωρος, vel vt iurisconsulti scribunt Atticus, qui excubat ad atrium.
Claustrinus.
Seruus ad limina.

to Possesse, to Enioy.

Possidere. κατεχειν.
Habere. Tenere.
Occupare. Vsurpare.
Vsum, fructum habere.
Fructum capere. καρπουσθαι.
Frui. Vti. θαττεσθαι. vade to enioy.

Possessed with the diuell.

Arreptitius. ενεργουμενος.
Dæmonicus. Obsessus.
A demonio, spiritu maligno exagitatus.
Dæmoniosus.

it is Possible, or it may be.

Fieri potest. Possibile est.
Licet. Visu venit.
Defendi potest. ενδεχεται.

Posteritie, vide Successors.

a Poſt, a pole, a pale, a prop or ſtay.

Palus. Pertica.
Palamen. Stamen.
Palamentum. Fulcimentum.
Adminiculum. Suſtentamen.
Suſtentamentum. Suſtentaculum.
Cuneꝰ pro maleficis & adulteris caſtigandis. ſuperpoſita poſti erecto. *a Fillery.*
¶ Valgus maſculino genere, palus fit. mior & Ridica. χαρὰξ.
Sublica.

to leaue vnto the Poſteritie.

Tradere per manus. Sal. & Liu.
Tradere per ſucceſſionem.
Ad poſteros ſiue litteris tranſmittere.
Dare per manus, aliquid veteri vſu obſeruatum aut maiorum relatu acceptum poſteris relinquere.
A maioribus tradita narratione trãſfundere in alios.
Diuinitus accepta, viris rurſus ſanctis ac Deo plenis enuntiare, prodere.

Poſtes, or meſſengers riding poſte.

Veredarij. Equeſtres, pegaſarij curſores.
Nuncij regij, quos Poſtas appellamus quaſi poſitos certis in locis Græcis dicuntur, ἀγγάροι & ἀγγαροι.
Legati, oratores.
Ambaſiari vulgo, *an Ambaſſadour.*
Embaſſadenes, apocripharij, rerum magni momenti nuncij.
Peciales, olim dicebantur penes quos belli pacisque ferendæ ius erat, alijs caduceatores, iam nonnullis paludamenterij vocantur, à paludamento veſtis genere quo vtuntur.
Vulgus omnium pene nationum Heraldos ſeu Herholdos vocat, quod ſumma fidelitate ipſi exercitui vel principi in denunciatione vel pacis vel belli, alijſq; iniunctis mandatis exequendis ſunt aſtricti. *An Herauld of Armes.*
¶ Magiſter ſeu præfectus poſtorum.
Veredariorum, *The poſtmaſter.*
¶ Obire legationes.
Legatum agere, *to be Embaſſadour.*

an earthen Pot, or a ſtone pot.

Vas fictile. Vas ſemium.
Tuſcum Vaſculum. Capruncula.
Vas luteum, i. ex luto factum.
Vas terreum. κιδώτιον.
Seuia ſubſtantiuum vas fictile oblongum, apud Liuium, *a wine pot.*
Inde Seriola diminutiuum.
Diota, *a Pot with two eares.*
Vrceus, pen cor.
Vas ſaguntinum. Vas teſtuta.
Vas aretinum, apud Mar.
Culullus. Fidelia.
Teſta, apud Hor. *vide a cup.*

a Pound.

Libra. Pondo. Talentum.
Aſſipondium. As, aſſis. λίτρα.
Mina vel mna Græcum pondus.
Diſpondium, *two pounds.*

Pouertie, Need.

Paupertas Pauperies.
Inopia. πενία. Miſeria.
Aporia. Calamitas.
Infelicitas. Egeſtas.
Indigentia. Inedia.
Penuria. Nuditas. Æruma.
Præcontractiſſima penuria.
Mendicitas. Tenuitas.

Acerbitas pro miseria ex calamitate contracta, apud Cicer.
Angustia pro tenuitate & exiguitate fortunarum ac rei familiaris à Cicerone ponitur.

to liue in Pouertie, or to suffer great Pouerty.

Vitam in egestate degere.
Pauper, Angusti agricultor apellit.
Vitam viuere duram.
Paupertate & ægritudine tabescere.
Inedia, defectu laborare.
Domus censu parua vel orta.
In egestate vitam ducere.
Miserè viuere. Sustinere aerumnam.
Pauperem vitam degere.
Aerumnis fatigari, sollicitari perpetuis Aerumnam exigere Plaut. pro pati.
Aporiari, apud diuum Paulum.
Summa rerum inopia premi.
Plurimis angicalamitatibus.
Miseram nimis vitam terere.
In summa rerum inopia degere.
Ad rastros redire, *diuum te Pouertie.*

a Pouch, vide *Bagge.*

Power, vide *Might.*

it lieth in your Power, it is in your Hand.

Tibi integrum est, ἐφ' ὑμῖν ἐστι.
Tibi in manu est.
Tibi liberum est, solutum est.
In tuo loco & fano est situm, apud Plautum.
In manu est tua, in potestate.
In tuis genibus situm est.
Est in arbitrio tuo.
In promptu est tibi.
In te situm est. ἐν σοὶ κεῖται.
Est penes te ἔστι σοὶ παρὸν.
In tua voluntate est.
In tuo nutu, iudicio.

it is in my Power.

Mihi liberum est. Possum. In arbitrio meo constitutum. Mihi licet.

with all my Power, as much as I beth in me.

Pro virium mearum portiuncula.
Pro virili portione.
Secundum mensum virium mearum.
Pro viribus meis.
Pro copia, hoc est, pro facultatibus, pro virili.
Quantum vires patiuntur.
Pro virili mea parte.
Pro virili mea. τὸ κατ' ἐμὲ.
Quod potero, enitar.
¶ Pro meo posse, barbarum prorsus est, siquidem infinitiuus, non ponitur pro nomine, nisi in nominatiuo & accusatiuo, vt est apud Vallam.

to Powre in, to Fill drinke or wine.

Vinum, potum fundere, infundere.
Potum ministrare.
Rorantia largius ministrare pocula.
A cyathis esse. Ad cyathum state, ἐπικρᾶσαι, pro quo vulgus inepte propinare dicit. Est enim propino προπίνω dictio Græca, significans præbibere.

to Pray, to Intreat, to desire, to Demaund.

Rogare. Rogitare. Precari.
Orare. Deprecari. Postulare.
Obsecrare. Fundere preces.
Oratum & rogatum habere.
Intercedere. Interpellare.
Implorare. Desidere. Petere.
¶ Obtestari. Quæso.
Precibus sollicitare, pulsare, Instare.
Impensè rogare. ἐπαναστῆναι.

Pu

Per sacra amicitiæ rogare.
Precibus frequentare, deposcere.
Poscere, flagitare, & efflagitare plusquam rogare. *To Crave.*
Indefessis precibus poscere.
Supplicare, *instruen, to beseech humbly.*
Preces dare, concipere.
¶ Vocare in vota.
Inuocare, votis lacessere, *to call upon.*
¶ Interprecari, Intercedere, Interuenire, Rogando quasi impetrare, *to pray for somebody.*
Mediationem agere.
Ad pia propensum vota vocare Deũ.
Solemnes voces, honore preces.
Adorare per sua vota Deum.
Soluta fundere voce preces.
In prece totus eram.
Tollere ad sydera palmas.
Tendere manus Numina, Diuos.
Vocare, precari.
Supplex manus tendit.
Ante Dominum supplex erat, manibus supinis.
Admouere, adijcere, adhibere, addere, preces.
Vti precibus, Tentare, Petere, Precari, ore.

Prayers.

Preces. Precationes.
Orationes. Supplicationes. εὐκτικαί. Rogationes.
Litaniæ. Supplicia. Vota.

to Praise, to Commend, to Extoll.

Laudare. Magnificare. Dare decus.
Honorem reddere.
Numen adorare Dei.
Meritos inducere honores.
Miro honore colere.
Celebrare honorem.
Tergeminis honoribus tollere.
Extollere. ὑπαίρειν.
Honoribus accumulare.
Meris effecere præconijs.
Canere, apud poetas.
Canere plenis buccis.
Tonare laudes alicuius.
Decantare. Cantare.
Præconem agere.
Cretæ notare. Exaltare.
Palmam prebere.
Immodicè laudare.
In cœlum ferre, subuehere laudibus, *to Magnifie.*
Alicuius egregias virtutes tara quadam facundia deprædicare, laudibus amplificare.
Per ſe satis laudato & vendibili hederam ſuſpendere.
Fama præconio celebrare.
Celebrem facere, reddere.
Illuſtrare aliquem.
Illuſtrem reddere.
Crepare cum accuſatiuo.
Vineta crepat mera, Horat.
Dilaudare librum, pro valde laudare.
Propagare laudem alicuius ad ſempiternam memoriam.
Proſequi ſtylo, ſcripto commendare.
Laudibus ornare, extrimulare.
Comprobare. Approbare.
Deum facere. Ebuccinari.
Agere laudes, etiam eſt laudare.
Commendatum reddere.
Celebrare. ἐγκωμιάζειν.
Laudibus proſequi, tollere.
Sermonibus, Laudibus eneherе, efferre, afficere, celebrare, glorificare, vehere.
Commendare. Probare.
Cumulare laudibus aliquem. Plin.
Ferre nomen in aſtra, ferre ad æthera, aſtra, cœlum, omnia apud Virg. pro ſupra modum laudare, ſumma laude proſequi.
Vtroque pollice laudare.
Prædicare. ἀναγορεύειν.
Depredicare laudes alicuius.
Buccinari. αὐτὰ σῶμα ἔχειν.
Agere encomiaſtem. ἐγκωμιάζειν.
Er aliquando quemadmodum, Tene

audire Latinis pro laudari, prædicari, probari ponitur. ita Græci ἀκούειν dicunt.

to Praise, to Magnifie, to Extoll himselfe.

Be ferre laudibus.
ἐαυτὸν ἀυλεῖν.
Somet canere. Se iactare.
Laudare seipsum.
ἐαυτὸν ἐγκωμιάζειν.
Se alicui venditare.
Sui tubicinem esse, agere.
Seipsum commendare.

Praise, Honour, Glory.

Gloria. δόξα. Fama.
Decus. φήμη. Laus.
Pæan pro quacunque laude.
Præconium. Honor.
Titulus. Existimatio.
Splendor. Nomen.
Opinio celebris. *Vide Honor.*

to get Praise or Renowme, vide Honour.

a Prattler, a Babler, a Trifling Iester.

Dicax. Dicaculus. Nugo.
Nugator. Congerro.
Confabulo. Rabula. *Vide Babler.*

to Preach.

Concionari.
Sacri verbi semina diffundere.
Concionem habere.
Disseminare, seminare, edere verbum Dei.
Sacro de pulpito docere populum.
Agere ad populum.
Agere ecclesiasten.
Facere verba ad populum.
E suggesto denuncire.

a Preacher, a Minister.

Spirituale semen verbi Dei disseminans. Concionator.
Præco verbi diuini.
Ecclesiastes. ἐκκλησιαστὴς.
A sacris concionibus.
Declamatoris, concionatoris munus obiens apud populum.
Ecclesiastæ fungens munere.
Publicum concionatorem agens.
Syncerus Euangelij præco.
Idoneus verbi diuini dispensator.

a Preface, vide Prologue.

to Preferre, vide to Promote.

a Prelate, vide a Bishop.

in the Presence, or before the Face.

A fronte. ἐμπροσθεν.
Coram cum ablatiuo.
Ante oculos. Ante conspectum.
In conspectu, ἐνώπιον cum genitiuo. ἀντίον.
Ante pedes. In oculis.
Ob oculos, id est, ante.
Præter oculos Lelij apud Ciceron. id est, ante,
Sub oculis. In præsentia.
Aliquo præsente, vidente, cernente, *vide Before the doore.*

Presents, vide Gifts.

to Preserue, vide to Defend.

Presumption, vide Pride.

under Pretence, shew, or colour.

Specie, apud Cice. Sub specie.
Sub umbra. Per speciem.
σχήματος. Sub figura.
Sub imagine. Sub pallio.
Sub facie. Sub prætextu.

Sub

Sub timlo. Sub obtextu.
Quæsito prætextu, colore.
προσωπον ἴσχειν.
Specie viri, falsi Nomine.
Prætextu honestatis.
Sub similitudine, typo, schemate involucro, nomine.

vnder Pretence of mankind, like a man, or in likenesse of a man.

Humano in schemate.
Nube sub humana.
Mortales inter agens.
Forma hominis assumpta.
Sub velamento personæ humanæ.

to Preuent, to Come before.

Anticipare. Antecapere.
Salust. Noctem quæ instabat antecapere, ne quid spacio noua aretur.
Præuertere. Anteuertere.
Anteuortere, apud Comicos.
Præuenire φθάνειν.
Anteuenire. προφθάνειν.
Occurrere. Præoccupare.
Præocupare vias. Cæsar.
Consilio discurere periculum.
Cice. Hoc quod conceptum Respub. periculum parturit, consilio discutiam.
Anteuenire consilium. Salust.
Consilium & insidias eorum anteuenire.
¶ Opprimere. καταλαμβάνειν. *To come vpon one vnawares.* Terent. Pater imprudentem opprimit. Deprehendere.
Incautum excipere, apud Virg. & Titum Liuium.

to Pricke, vide *to Poyne.*

to Pricke forth, vide *to Stirre vp.*

to Pricke out or take out.

Eximere. Eruere.
Effodere. Extrahere. *vide to pluck out.*

Pride, Arrogancie, Presumption,

Fastus. φρόνημα.
Superbia. Ambitio.
Ostentatio plusquam theatrica.
Supercilium. Elatio. Spiritus.
Cæterorum contemptus, dispectus.
Inflatio. Tumor.
¶ Spiritu regio, *vanitie, fumosite.*
Magno & elato animo.
Obstinata quadam ac temeraria arrogantia. *Proudly.*
Ambitiosè.
Magno verborum strepitu, magnis verborum ampullis, & turgenti apparatu.

a Priest, a Minister.

Sacerdos, ὁ ἱερεύς.
Sacerdotij charactere insignis.
Officium sacerdotis agens.
Presbyter Græcis dicitur. πρεσβύτερος, id est senior, à πρέσβυς, id est, senex.
Ad rem diuinam faciendam consecratus.
Sacro chrismate litus.
Mystes, μύστης, vel mysta Christi, & Symmistes.
Flamen masculini generis.
Sacris initiatus. Hierodulus.
Sacrificus, & per diminutionem & contemptum Sacrificulus Græcis ἱερεύσκος.
Dominus pro sacerdote non reperitur apud doctos, est enim vox tyrannica.
Phæcasiatus, apud Senecam.

to make a Priest, or Minister, to giue holy orders.

Sacris imbuere. Consecrare.
Initiari deponent.

¶ Ad ſacerdotalis muneris functionem admittere.
Initiari Deo, miniſterijs diuinis.
In ſacerdotum numerum aſſumere.
¶ Sanctis fungi miniſterijs.
Liturgica ſacra per dignitatem facere, *to be a Prieſt.*
Sacris inuitiari elegantius quàm ordinari dicitur.
Vngi, inungi Chriſti miſtes.

the Principall of a Colledge, vide *a Schoolemaſter.*

Principally, vide *Eſpecially. Princely, Honorably.*

Magnificum. Amplum. Splendidum.
Regium. Regale.
Auguſtum. Majeſtatis plenum.
Baſilicum. βασιλικὸν.
Vnde Baſilica nux.
Pompoſum. Attalicum ab Attalo rege, hinc tota Attalica.
Altus Apollo. Virg. i. magnus.
Excelſum. Glorioſum.
Ingenti criſta, corona dignum.
vide *Excellently.*

to Print.

Cudere. τυπεῖν. ἐκτυπεῖν.
Excudere formis æneis,
πυπογράφειν. χαλκεξυπογράφειν.
Typis tradere. Imprimere.
Typis excuſum orbi tradere.
Typis euulgare. Prelo ſubducere.
Typis ſtanneis propagare, excudere.
Typis in multa exemplaria tranſcribere.
Prelo literario excudi facere.

a Printer,

Excuſor. Typographus.
Impreſſor, ἐκτυπωτὴς.
Chalcographus. χαλκεξυπογράφος.
Bibliographus.

a Priſoner, or Impriſoned.

Captus. Captiuus, αἰχμάλωτος.
Cuſtodiæ mancipatus.
In vincula conjectus, vel in carcerem.
Clauſus, apud Vlpia.
Cuſtodia apud Sue, & Iuriſconſultos φυλακὴ. Relcuſus.
Catenatus. Vinctus, δεδεμένος.
Cuſtodiæ mancipatus.
Detentus in vinculis.
Retruſus in ſqualentem carcerem.
Compedibus oneratus, obſtrictus.
Patiens pedicas, carceres.
Vincula barbara.

a Priſon, a Gaile.

Cuſtodia φυλακὴ. Carcer.
Ergaſtulum. Vincula. Compedes.
Neruus. Lacus in ſacris.
Lautomia vel Latomia.
Nerui. Caraſia. Vincula.
Deſmeterium.

to put in Priſon.

In vincula, in carcerem quempiam, conijcere.
Vinculis ac carcere frænare, cohibere
Compingere in carcerem, locum anguſtum. Ferro onerare.
Dare porrigere manus ad vincula.
Tradere, committere cuſtodiæ.
Gerere cemice vincula.
Tradere in cuſtodiam.
Addita captiuis vincula.
Cogere in vincula vel in compedes.
Tradere in cuſtodijs. Sal.
Claudere in ſolidis tectis.
Innectere ſeu impingere compedes. εἰς φυλακὴν βαλεῖν.
Clauſus tenebris & carere cæco.
Condere in carcerem. Cic.
Carceris ergaſtulo recludere.
Innectere, Impedire, Domare.
Retinere vinculo.
Vincula parare.
Onerare colla catenis.

Conijcere

Conjicere in neruum.
Terere. In neruum potius ibit.
Carcerali squalore affligere.
Condere in puteum, neruum, lapicidinas compeditum. Plaut.
Tradere, dedere, in pistrinum, familiares Plauto locutiones.
Catenis vincire, religare compescere.
Abripere, corripere in neruum, cruciarum.
Vincula dura pati, perpeti, Subire ferre.
Mancipare carceri.
Subjicere colla catenis.
Contrudere, trudere, detrudere claudere in carcerem. εἰργειν.
Circundare catenis & Teneri catenis.
Pædore atque squalore carcerali duriter afflictare, macerare.
Vincire compede.
Atro claudere, recludere, carcere.
Dare in caueam. Plaut. in capt.
Dare in custodiam, Cic.
Ferreis stringere catenarum vinculis.
Claustris penalibus continere.
Conijcere in lautumias, in equuleum.
Arcere vinculis. Custodiis, Cic.
Carceris squalloribus premere.
Vinculis arcto stringere captum.
Ligno pedes stringere, constringere apud Higron.
[illegible] Actuum 16.
Ligno plantas inserere diuinis cruribus. Pruden.
In eippum mittere. *To put in stockes.*
Ligno firmare pedes Chrysost.
Dura compede cura ligare.
Habere in liberis custodijs.
Data fide, certo aliquo loco qui præscribitur, non exire apud Sallust. in Catil.

Priuily, Secretly, Apart.

Seorsum. χωρὶς ἰδίαν. Secreto.
Priuatim. Semoris tu bis.

a Priuy, a Draught, a Jakes.

Forica med. cor in publico.
Cloaca med. prod. ὀχέτος.
Colluuiarium Cæsale.
Secessus, apud Rhetor.
Latrina quasi lauatrina, Græce λουτρίνη & ἀπὸ τοῦ λούειν.
Schaphium, Latinum, a closo fœdo, a priuie sçat.
Trulla pro eodem, apud Mart.
¶ Stercoris cloacas expurgare.
Stercus exhaurire.
Purgator, expurgator latrinarius.

a Priuiledge, vide *Bull.*

a Proclamation, vide *Commaundement.*

Proceed in Gods name, vide *Well then.*

a Protectour or Attorney.

Procurator. Aduocatus.
Patronus. Defensor.
Orator. Tutor. *vide Attorney.*

Prodigalitie.

Prodigalitas. Effusio.
Profusio. Luxus.
Sumptuum profusium.

Prodigall, vide *Spendall.*

Profit, Vtilitie, Commoditie.

Emolumentum. Compendium.
Commodum. Vtilis. Vtilitas.
Fructus. Commoditas.
Prouentus emolumentorum, vectigalium.
Horna Messis, apud Plaut. pro maximo emolumento.
Frugis, frugem lucrabiliquis, sicut res rem, &c.
Lucrum. Lacellum.
Adiumentum, apud Cicer.

Profitable

Profitable Commodius, Expedient.

Commodum. Fructuosum.
Quæstuosum. Operæpretium.
Conducens. Ad rem pertinens.
In commune cunctis, expediens.
Vtile. Ex vsu futurum.
Frugiferum.
Expediens. Conducibile.
Preciam operæ, Bud.
Precium operæ haud defuturum putaui.

to be Profitable to Helpe, to profit, to be good for.

Conferre. Valere.
Facere. Multum facit ad victoriam animus.
Plurimum adiumenti, commoditatis adferre. Adiuuare.
Frugem adferre, vel fructum.
Adiutare. Proficere.
Expedire, impersonale, & personale apud Cic.
Conducere. Prodesse.
Commodare. Conferre.
Facere commodo alicuius.
Proficuum, fructuosum, frugiferum esse. Ex vsu esse.
Commodo, vtilitati, adiumento, emolumento, vsui, remedio, frugi, adminiculo esse.
In rem alicuius aut etiam è re esse, vt illud in rem tuam erit: vel è re tua fuerit.
In quæstum, in rem, salutem, vtilitatem, vsum, commodumque tuum cedet.
Ex vsu tuo futurum est, quod pro te faciet vulgo dicitur.
Bono esse, pro commodo vel vtile esse, apud Cic. Philip. 2.
Interest omnium, i. vtile est omnibus Et Cicero 2 Fin.
Ita quidem spero nobis proficiscid est, prodesse.
Vtilitatem adferre, referre.
Refert, in tertia persona pro vtile seu commodum est.
Expedit. Interest.

it shall be for your Profit.

Ex vsu tuo futurum est.
Ere tua erit. Erit in rem tuam, in vtilitatem. In commodum.
In vsum tuum, quod vulgo dicunt pro te faciet.

to seeke his owne Profit.

Agere rem suam.
Suum colere quæstum. Plaut.
Vtilitati propriæ studere.
Proprium sectari commodum.
Sibi canere. ἰδιαυλεῖν.
Consulere commodo priuato, quæstui suo.
Suo commodo lucroue studere.
Intus canere.
Priuato studere commodo.
Seruire suis commodis, rei familiari, suæ vtilitati.
Simonidis canere cantilenam.
Sibi consulere, prospicere.
Hinc parœmiæ prouerbiales.
Aftutior coccyce.
Ad suum quisque quæstum callidus.
Tunica pallio propior est.
Genu fura propius.

a Progenie or Kindred.

Generatio. Genimen.
Radix. Genealogia. *Vide Stocke.*

a Prologue, a Preface, or Preamble.

Præfatio. Prologus.
Proœmium. προοίμιον.
Præludium. Anteloquium.
Prolegomena. Præfaciuncula.
Epistola præambula.
Prologium. προλόγιον, quasi proloquium.

to moke a Prologue or Preface.

Præfari. Proloqui.
Præfationem dicere.
προοιμιάζεσθαι. Proœmiari.
αὐλαίαλεῖν. προλογίζειν.
Præludium facere.
Proœmium facere.
Preludere. Prologo vti.

to Prolong, vide Deferre.

Prolongation, Deferring, or Lingering.

Prolongatio. Prolixitas. Mora.
Prolixitas. Protelatio. Cunctatio.

to Promise, to giue his word.

Promittere. Polliceris.
Recipere, cum dativo.
Dare fidem.
Spondere. ὑπισχνεῖσθαι.
Confirmare.

to keepe Promise, or to stand to his promise or word.

Liberare fidem obligatam, astrictam.
Promissum præstare, seruare, soluere, ἀποδίδοσθαι.
Sancte præstare quod promiseris.
Datam fidem seruare.
Promissis stare.
Conficere, i. efficere promissum.
Fidem effectus afferuerc, exitus probet.
Implere dictorum fidem.
Facere promissum vel implere.
Promissis manere, apud Virg.
Præstare quæ pollicitus es.
Fidem seruare, apud Virg.
Promissorum fidem non irritam facere, sed re præstare.
Satisfacere promisso,
Sacramentum custodire, & votum implere quod responderis. Amb.
Seruare alicui fidem.
Promissis parere.
Promissum tenere.
Reluere fidem.
Promissa patrare, reddere, persoluere.
Liberare fidem.
Stare promissis.
Voto se liberare.
Firmare promissa factis.
Exhibere rem promissam.
Amici fidem liberare.
Dicta ac facta præstare.
Præstare. Persistere.
ἐμμένειν. Manere dictis, Virg.
Stare cõuentis, conditionibus, pacto, verbis, promissis.
Manere conuentis, promissis, in conditione atque pacto vsque in finem.
Manere, permanere in propolito susceptoq; cõsilio, in sententia sua.
Seruare pacta. διαφυλάττειν.
Permanere. Perdurare.
Consistere Persistere.
Constare. Non credere.
Sibi constare. Stare in sententia.
Manere in verbis suis.
ἐμμένειν τοῖς λεχθεῖσιν.
Sui manet similis, apud Sueto.
Nihil de sententia priore mutare.

to breake Promise, to goe his word.

Fidem fallere, mutare, frangere, soluere, exigere, & rumpere, non seruare, præstare quod promiseris.
Tuta verba, pollicita, ponere coram.
Fidem rumpere, soluere.
παραλύειν πίστιν.
Fallere dextram, Virg.
Promissis minime stare.
Fidem non seruare.
Fidem Gallico more prostituere.

Fidem

Fidem Gallorum more ad omnem fortunam pro arbitrio interuertere, plærumque enim fit vt eorum facta cum dictis videamus discrepare.
Promissionis rationes perturbare.
Fidem consumere. *vide to Breake.*

to Promise by his faith and truth.

Fidem obligare, astringere, obstringere. ὑπισχνεῖσθαι.
Sanctè promittere.
Iurisiurandi sacramento polliceri.
Fidem firmare dextra, iuramento.
Condicere, apud Sue. & Cic.
Recipere in se, ad se, apud Terent. *To stand to it, to take vpon him.*
Se præstiturum promittere.
αἰνεῖν τινὰ. τὸ ἐμὸν αὐτοῦ δίκαιον.

Promises, Couenants, Agreements.

Sponsiones. Promissa.
Fides interuenta. Receptum.
Pollicita. Pollicitationes.
ὑπισχνήματα. Promissiones.
ὑποσχέσεις.
Stipulationes, vocabulum iuriconsultis vsitatissimum.
Pacta. Conuentiones.
Pactiones. Vota.
Fœdera. Iusiuranda. Iuramenta.

to Promote, to Aduance, to Preferre.

Locare aliquem in gradu amplissimo dignitatis.
Ad amplissimos honores perducere.
Promouere ad amplissimas procurationes.
Obscuram familiam è tenebris in lucem euocare.
Largis honoribus ornare.
Ad amplissimum, altissimum dignitatis gradum prouehere.
Ad summum rerum apicem euehere, efferre, exâltare, extollere, erigere.
Illustrare alicuius nomen, vel aliquâ scriptiõ, aut literis posteritati commendare.
Promouere gradu, honore.
Illustrem reddere.
Eximere numero.

to be Promoted, Preferred, or Aduanced.

Ad summum imperium per omnes honorum gradus efferri.
Altius in authoritatem conscendere.
Ad pinguiorem fortunam prouehi.

Prone, vide *Inclined.*

to Pronounce, to Vtter, to Speake out.

Eloqui. Effari. Promere.
Exprimere. ἐκφέρειν.
ἐκφωνεῖν. Pronunciare.
Enunciare. Oratione promere.
Proferre. Rumpere vocem.
Proferre rem palam. Teren. in Heau.
Conceptam animi indignationẽ promere. Expedire, vt paucis expedi.
Verbis, oratione consequi.
Euomere & expuere metaphorice, quòd dolor mentis non finit reticere, dicere.
Effundere, Cic. Omnemque suum violentum furorem in me effundere.

to Proue or Assay by all meanes.

In omnia se vertere.
Nihil relinquere intentatum, intactũ.
Rem vniuersam periclitari.
Omnem mouere lapidem.
πᾶν κινῆσαι λίθον.
Omnem rudentem mouere.
Omnem iacere aleam. *Vide Attempt.*

Propri,

Propor, vide Apt.

to Proppe, to Stay, to Vnderset, to make Sure.

Stetuminare. Palare. Fulcire.
Statuminibus, fepibus firmare.
Ruinæ manum fupponere.
Humeris fuppofitis fulcire inhærere.
Labentem, penè collapſam domum reparare, erigare, fulcire.
Succollare, apud Suetonium. *to ſee the necke vnder.*

a Proppe, or Stay.

Fulcrum. Suſtentaculum. Fulcimen.
Tibicen. Columna. *Vide Piller.*

to Prophecie.

Canere Diuinare.
Præſagire Vaticinari.
Augurari vt augurare. Ariolari.
Prophetare. Profari. Prædicere.
Sæpe ſiniſtra cecinit prædixit ab Ilice cornix. *Vide to Geſſe.*

a Propheſie.

Vaticinium. Oraculum.
Præſagium. Augurium.
Fatum. Arcanum.
Sortes faticinæ. Tripodes.
Cortina. Prophetia.

a Prophet, a Poet, a Southſayer or Deuiner.

Propheta. Vates. Vaticinator.
Aruſpex Præſcia corda.
Fata canens, augur.
Fatiloquus, Hariolus. Haruſpex.

a Proſe oration or writing.

Proſa, quaſi profuſa.
Verba ſoluta. Cicero.
Iſocrates verbis ſolutis numeros primus adiunxit.
Proſaica oratio. πεζὸς λόγος
Oratio ſoluta, modis ſolutis.
Pedeſtre dicendi genus.
Oratio libera, metro non ligata, ignorans carminis leges.
Oratio pedeſtris, ſic enim vocant πεζὸν λόγον, id eſt, peditem, pedeſtrem non à pedibus metricis, ſed quaſi humi gradientem, aliquid habens humile, ſubmiſſum, & comparatione carminis: ſicuti Poeticè diſciplinam Græci ἔμμετρον vocant, quaſi equo vectam & ſublimiorem, ex poeſi enim velut ex perenni fonte omnes oratoriæ vires manarunt, authore Macrobio.
Pede ſoluto ſcribere.
πεζογραφεῖν. i. Proſam ſcribere.

to be in Proſperitie, to liue proſperouſly.

Proſperitate frui.
proſperam ducere agere vitam.
Tibi tempora Veris erunt.
Mea nauis fertur amico vento.
Dum iuuat & vultu ridet fortuna ſereno.
Donec dives, vel fœlix, eris multos numerabis amicos.
Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris.
Dum mea puppis erat valida fundata carina.
Dum flauit velis aura ſecunda meis.
Dum mea perplacidas cymba cucurrat aquas.
Dum me leuis aura tulit.
Dum placidos portus nauis habet.
Sinus impleuit ſecundos.
Secunda fortuna cadit.
Eſt velis aura ſecunda meis.
Venit inceptis mollior aura meis.
Seruare modum rebus ſecundis.

Proſperitie hath friends, Aduerſity none.

Fortuna, proſpera, ſecunda, commoda, optima, benigna, bona, placida, facilis, multos habet amicos

amicos, res ad voluntatem fluunt commodis abundat, Amicorum copia, multitudine floret.

¶ At fortuna aduersa, infensa, infesta, iniqua, difficilis, dura, acerba, parum prospera, secunda, benigna, inimicos habet, parit plurimos, amicum nullum, laborat amicorū inopia, amici omnes eam destituunt, deserunt relinquunt.

Ab ea descedunt, recedunt.

Prosperously, vide *Luckely.*

to Prostrate, to fall downe at ones knee or foot.

Procidere, accidere ad genua, Terentius.

προπίπτειν.

Pedibus aduolui, prouolui.

Procidere. In faciem procidere.

Mittere abijcere se ad pedes alicuius.

Supplicem fieri, ad pedes se prouoluere, vestigia manibus stringere.

σαυτὸν καταβάλλειν.

I will Proone my Doing.

Circumagitare. Rotare celere gyro.
Circumrotare. ἑλίσσειν.
In Gyrum ducere. Circumflectere.
Motum agere in ambitum.
Celeri vertigine rapi.

to Route, vide *to Snort.*

a Rowe, vide *Line.*

to Rowe with oares.

Remigrare, promulcare.
Findere aquas, Scindere vndas remigio.
Remo propellere cymbam.
Remos ducere agere.
Impellere, mouere.
Remis sollicitare, currere, ire vti, torquere, Incumbere.
Dare aliquot ad remos.
Consistunt transtris: intentaq; brachia remis.
Totū dehiscit remis cōuulsum stridentibus æquor.
Intendere brachia remis.
Certatim feriite mare.
Hinc opus est remo, remige capit iter
Verrere, Pulsare, Carpere, Deuidere,
Eruere, Pellere, Propellere freta remis.
Æquora remo spumescunt, canescunt.
Agmine remorum, prora petit maria & pelago decurrit aperto.

Rubbish of olde houses.

Sheards of stones.

Ruderā, cuius singulare ruder, aut vt vult Despant. rudus.
σκύβαλα.
Segmina & fragmina lapidum.
Testulæ. Testæ.
χαλάσματα. φύλλα λίθων.
Farrago frustra testularum.
ὀστράκα. Latercüli.
Fragmenta testacea.
Testellæ lapideæ. Testæ confractæ.
Congeries ruderum, fragminum.
Lapidum. Materies ruinarum.
Fragmenta vetustorum saxorum.
Putria saxa *Rubbish.*

a Rucke or a Heape.

Congeries, Cumulus.
Aceruus. Agger.
Moles. Globus.
Strues Strages.

Rude, Ignorant, Rusticall Clownish.

Agrestis. Rudis
Petro. Crasso sub aëre natus.
Incultus. Inurbanus.
Hebes. ὀνος.
Obtusus. Stupidus.
Bliteus. Grossus.
Barbarus· Scythicus.
ἀνόητος. Bœoticus.

Inexercitus. Inexercitatus.
Inscitus. Ineptus.
Crassus. Rudis ad dicendum.
Rusticus. Rusticanus.
Immoratus. Iners.
Indoctus. *Vide a Dullhead.*

Ruine, vide *Destruction.*

to Rule, to Commaund, vide *to be Lord, and to Gouerne.*

to beare Rule.

Cum imperio esse, maxima imperia gerere, sustinere administrare, summis rebus præesse.
Summa mihi commissa sunt imperia, credita, mandata, tradita.
Curam gessi rerum maximarum.
Amplissima imperia non semel sum vsus, magno sæpe cum imperio fui. *vide Office.*

Rulers of the comon wealth, vide *Magistrate.*

a Rule, vide *a Line.*

Rumor, vide *Fame.*

to spreade Rumors abroad.

Rumores in vulgus disseminare.
Sermones serere. διδόναι λόγους.
Famam seminare, disseminare.
Spargere, differre rumpere, famam.
Dissipare, apud Cicer. pro dispergere, diffundere rumorem vel famam. διασπείζειν.
Famam ferre, prospargere, Plaut.
Famigerare. *To publish abroad.*
Dictitare frequenti & crebro sermone, dissipare & diuulgare.
¶ Et disseminari, dissipari latius dispergi, emanare, serpere, percrebescere.
Famam subire.
¶ Famam vel honorem depeculari, honore priuare. *To take away ones honesty.*
Famam atterere, *to hurt.*

it is a common Rumour or Talke, it is commonlie sayd: it is a common prouerbe, or a common saying: it is in euery mans mouth.

Rumore percrebuit, sparsum est, vulgatum est.
Fama increbuit, diuulgata est, nata est, emanauit, percrebuit.
Ad nos delatum est.
Fama est. λόγος ἔχει. Fabula vulgi est. Serpit hic rumor.
Rumore disseminatur, spargitur.
Fama perfertur, percrebescit.
ἡ φημὴ διαφοίτησεν.
In ore versatur omnibus.
Hominum per ora adagium obambulat Cic. Non modò Romæ sed & apud exteras nationes omnium sermone percrebuit.
Volitat, Versatur in ore omnium & sermone.
In ore vulgi versatur.
In ore ferè omnium est hominum.
Tristissimus rumor huc allatus.
Exijt in fabulam. Est tritum vulgi sermone prouerbium.
Abijt in prouerbium.
Fama manauit, surrexit, venit, peruenit, percrebuit, perlata ad nos.
Rumor vagatur ac Fabula.
Lippis ac tonsoribus notum.
Per ora volitat populos compluribus.
Et terram rumor transilit & maria.
In omnibus passim tonstrinis & pistrinis hodie celebratum.
Vulgo dictitant. Iactatur.
Dimanauit fama.
ἐξῆλθεν ἡ ἀκοή, apud Matth.

Omni-

Omnibus, omni populo in ore eſt.
Afferebantur rumores ad eum crebri. Cæſar.
Et multiplex inde fama eſt, quod variè narratur, vnde varij iactantur rumores.

to Runne or paſſe away ſwiftly.

Currere Curriculo ire.
Gellius Concitato Curſu ferri, Rapi, Tolli.
Rapido contendere curſu.
Largos circumflectere curſus.
Pedum curſu valere.
Curſus conficere, Inire curſus.

to Runne away, vide *to Flie away.*

a bull Ruſh.

Iuncus. ἑξὸς χεῖρ.
Scirpus. βίλος.
Manſcus. Cyperos.

a Runnegate, vide *Vacabond.*

to Ruſte, to waxe Ruſtie.

Rubiginem, ferruginem trahere, contrahere. ἰόωμαι.
Æruginem contrahere.
Situm ac rubiginem obducere.
Squalere. Virg.
Rubigine inficio.
Rubigo ferrum dicitur interficere & corripere, apud Soli, Aul. Gel.
Ferrum ſi non exerceas rubigo interficit.
Obduci ſitu pulvereo, apud Eraſ.

Ruſticall, vide *Rude.*

S

a Sachell.

Mantica. Coleolus.
Sacciperium.

to Sacrifice, or to offer a ſacrifice.

Sacrificare. Immolare.
Libare. Litare.
Offerre. Piare.
Mactare. & Dicare hoſtiam.
Sacra facere, peragere, parare, colere, celebrare, frequentare.
Dare thura, Deos ſumantibus aris placare.
Cædere hoſtium.
Deuouere aris, Dona imponere. *Vide Offer.*

a Sacrifice, or a thing to be ſacrificed.

Sacrificium. Immolatio.
Libamen. Litamen.
Oblatio. Holocauſtum.
Hoſtia. Victima.
Piacula ſacra. Res diuina.
Cultura diuina.
Cultus diuinus.
Honor diuinus.

Sad or Sorowfull.

Mœrens. Dolens.
Triſtis. Admodum triſtis.
Anxius. ἀθυμαλγὴς.
Dolorum abyſſo abſorptus.

to be Sad or Sorowfull.

Mœreri cum dipthongo œ. ἀχθεσθαι. Diſcruciari.
Mœrore affici. τὸ λύπης ἰχθῆναι.
Anxium eſſe. Triſtari.
Iacere in lachrymis.
Ictus acerbitate frangi.
λυπεῖσθαι. Dolere.
Indolere. κατηφεῖν.
Ab animo ægrum eſſe.
Vehementer, impatienter dolere.
Suſpirare. Angi.
Dolere ex animo.

Ringi animo. ἀδημονεῖν.
Mœrore consumi, absumi, absorberi.
Angi animo.
Fluctuare metaphoricè.
Esse dolore, & esse in dolore, vtrumque apud Ciceronem.
Lugere. In luctu esse.
In lamentis mœrore, luctuq; iacere.
Petere suspirium altè.
Suspiria ducere ab imo pectore. Ouid.
Tangi animi dolore.
Obstinatè lugere. Ouid.
Cruce aliqua premi, afflictari.
Dolorem habere, capere, percipere, accipere, suscipere, haurire, sustinere.
Dolore angi, impediri, figi, premi, intercludi, ardere, dirumpi, tabescere.
Tegere, premere animi dolorem. Cic.
Cupiebam animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate celare.
Et Virgilius: Altum preßit corde dolorem.
Spe deplorata, mœrore, mœstitudine, animi angore confici.
Præ dolore pene exanimari, ac deficere.
Dolet animus, dolet cor. Plaut.
Ego illud scio quàm doluerit cordi meo. *Vide to Mourne.*

to make Sad or heauy.

¶ Contristare, perturbare, tristem reddere, dolorem afferre, intexere, Exulcerare, dare, incutere.
Dolorem refricare, augere, amplificare, affligere.
¶ Ægritudo, mœror, molestiæ, dicũtur exedere animum.
Ægritudo lacerat, exest animã planeque conficit.

Sadnesse, Heauinesse, Pensiuenesse.

Mœror. Mœstitia.
ἄλγος. Dolor.
Luctus. Tristitia.
Afflictiõ. Lachrymæ.
Mœstituto. Angustia.
Tribulatio. Animi molestia.
Crux. Fluctus & tempestas, metaph.
Cruces. Aculeus.
Pressura. Stimulus.
Pœna. Indolescentia.
Dolor cordis. Ægritudo.
Cura animum discrucians.
Angor. Anxietas.
¶ Et gladius pro suprema afflictione.
Per enses atque ignes.

in good sadnes, vid. *Earnest.*

Safe or sound.

Sospes. Incolumis. Sanus.
Salnus. Integer. Tutus.
Valens. Securus. *Vide out of danger.*

in Safety, vide *out of Danger.*

as men Say, as they Say, or as it is Reported, as the common talke or report goeth.

Vt fertur. Vt ferunt.
Vt fama est. Vt dicitur.
Vt perhibent. Vt aiunt.
Vt antiquum ait dictum.
Vt vulgo dicitur.
Vt vulgo dici consueuit.
Vt rumore vulgi spargitur.
Iuxta vulgò tritum sermonem.
Vt dici solet. ὡς λόγος.
Vt veteri dicitur prouerbio.
Vt publicus ifq; constans ferebatur rumor.
Vt est in prouerbio.
Vt in vetere verbo est, apud Aul. *An olde saying.*
ὡς παρὰ παροιμίᾳ.
λόγος δὲ παλαιὸς, vt dicimus prouer.
ὡς λέγεται, ὡς παρὰ λόγου.
ὡς φησὶν ὁ λόγος.

he

he Saith one and thinketh an other.

Aliud vultus præ se fert, aliud sentit, Vultus simulatione sustinetur, aliud vultu significatur, aliud animo latet.
Non congruit animus cum vultu.
Animi sensum vultus occultat, cælat, tegit.

to Sayle in a shippe or boate.

Nauigare. ναυτίλλειν.
Nauigio sulcare æquora profunda.
Vela ventis dare. Virgilius 7.
Laxi pandere vela noto. Claud.
Lustrare æquora.
Currere æquora, salum.
Committere se mari, aquis, pelago ratem, dubijs flatibus aluum.
Credere se æquori, vndis. Neptuno.
Solnere absolutè & Soluere oram.
Quintilianus.
Tentare ramum in vnda.
Ducere in altum.
Solicitare aquas remis, apud Claudianum.
Incumbere pelago, ire rato, Vento, flatu per aquas.
Sulcare fluctus. Velificare.
Committere se ventis, cœlo irato, pelago.
Classem velis aptare.
Facere velaturam, aut nauiculariam, vecturis viuere. *To liue by Sayling.*
Volare linteo, transuolitare nullo remige.
Ferire mare & æquora verrere.
Cerula vertentes abiegnis æquora palmis.
Velorum pandere alas.
Liquidas Neptunare per vndas.
Ventosum proscindere æquor.
Vada falsa cita decurrere puppi, celeri currere rate, Omnia apud Catullum.
Remige cupere aquas.
Conscendere naues & conscendere absolute. *To take Ship.*
Plenis & intentis velis ferri. *To Sayle with a full saile and vvinde.*
Ferri aduerso flumine. Virg.
Aduerso amne, aduersa aqua vehi, aduehi. *against the streame.*
Vela dabant & spumas salis aëre ruebant.
Adnixi torquent spuma & cærulea verrunt.

to Sayle prosperously, with winde and weather.

Nauigare prospera nauigandi facultate.
Discedere, Soluere, Proficisci facere vela tempestate opportuna idonea, apta, minime aduersa, secunda.

to take the say, vide *to Taste.*

to Sayle with winde and weather.

a common Saying, vide *common Rumor.*

to make a Saint.

Referre in numerum diuorum.
Diuorum inferre albo.
Apotheosi donare.
Καταθεοῦν.
Canonizare.
Diuificare.
Sanctorum catalogo adscribere.
Inter diuos referre.
Superis annumerare.
In beatorum numerum referre.
Inscribere in catalogum sanctorum.

Reponere

Reponere homines, martyres, morte deletos inter diuos, in deorum numero.
Syderibus, diuisque adscribere. Cicero.
Homines iam morte deletos reponere in deos.
Inter cælicolas connumerare. Cice.
Tyrannoctonis. i. vindicibus & oppressoribus dominationis tyrannicæ, quos tyrannicidas vulgus nominat, deorum honores tribuntur.

a Saint or Holy man.

Diuus, Sanctus, Diuinaſtirps.
Clara Dei ſoboles Satus ſanguine Diuum.

to put to port Sale.

¶ Auctionem bonorum facere.
ἐπάρτιον. φεργέφειν.
Auctionari.
Auctioni inferre.
Haſtæ ſubbijcere, ſubmittere.
Sub haſta vendere.
λαφυροπωλεῖν.

to Salute, vide *to Greete.*

a Sanctuary, vide *Refuge.*

Sand.

Arena. Saburra. Sabulum.

Sandblind, vide *to See but a little.*

to Satisfie, vide *to Fill, Contente and Pay,*

Sathan, vide *Diuell.*

Sauce for meate.

Condimentum.
καρυκεία. ὀψαρτυσία.
Conditura. καρύκευμα.
Omphacion, *Verdyuice.*
Iuſcum. Iuſculum.
Ius nigrum, apud Cicero.
Ius piperatum. Liquamen.
Embamma. Intinctus.
Garus. γάρον.

Saucie, vide *Wanton.*

to Sauour, vide *to Smell an ill Sauour*, vide *Stincke.*

a Safe conduct, vide *Paſport,*

to Saue my life, I loſt my Horſe.

Amiſſo equo quaſi, vt vitæ conſulerē, vt eu aderem præſenti periculo, vt periculum vitæ rem minime dubium, ad hoſtes equum miſi, immiſi, admiſi, incitaui, laxatis habenis hoſtem verſus impuli.

a Sauſege, vide *Pudding.*

a Scabbe or Scabbedneſſe,

Scabies. Piſora.
λαιός. Serpigo.
Aſperitas. Scabredo.
Scabritia. Scabrities.
Impetigo. Lychen.
λειχήν. Porrigo.
Fœdatio cutis.
Exulceratio pruriens.
Mentagra mentū occupans ſcabies.
Herpeta.
Sicca ſcabies, quæ volatica, & à nonnullis ignis ſacer creditur, *vulde fire*, ſolet faciem; & loca vicina occupare.
Morphea, Vlceroſus.

a Scaffold a Stage.

Theatrum.
Spectaculum.

Scena.

Scena. σκηνὴ.
Amphitheatrum. & proscenium, seu Orchestra, locus, ante & circa theatrum, vel in medio theatro vbi actores & histriones sua proferunt, vbi & Mimi ac cæteri ludij varios ludos ac gesticulationes ædere solent.
¶ Agere, recitare, ædere fabulam comœdiam.
διδάσκειν τὴν κωμῳδίαν.
Ædere spectaculato play a play.
ἐσκηνοβατεῖν.
Exhibere Eunuchum, Trioumunum
Ioculares ludos in scenis depromere
Ludos facere Plaut. *Vide Plays Players.*

Scantnesse or penury.

Penuria. Ægestas.
Inopia. Raritas.
Caritas. Indigentia.
Defectus. Carentia.
Sterilitas.

to let a Scape, vide *Fart.*

Scarsitie of victualles, vide *Dearth.*

to Scarifie, vide *to Boxe.*

to Scatter, to Cast abroade or asunder,

Iactare. Diffundere.
Dijicere. Spargere.
Dissipare. διασκεδάζειν.
Dispergere. Turbare.
Disturbare. Differre.
Diducere, Distrahere.

a Schoole or a place of exercise and learning.

Schola. σχολὴ.
Studium triuiale.
Sudium priuatum.
σχολεῖον.

Ludus literatus, scholasticus.
Palladius ludus.
Diatriba.
παιδοτρίβιον.
Et metaphoricè huiusmodi schola vocatur phrontisterium.
φροντιστήριον, Pistrinum, Cnrarum ergastulum.
¶ Carnificina minis verberibusque horrisona.
Vide de similibus plura in dictione, *Vniuersitie.*

to put forth to Schoole, vide *to Learne without booke.*

a Schoolemaister.

Præceptor. Institutor puerorum.
παιδότριβ. Literator.
Magister. Ludimagister.
Rudis pueritiæ formator doctus integer.
Didascalus.
Ludimagister literarij.
Institutor, præceptor literarius.
Orbilius, plagosus, nodoso verbere toruus. *A hard maister.*
Hypodidascalus, subdoctor, *An vnder Schoolemaister, or Vsher.*
¶ Triuialis magister á triuijs.
Indoctus magister.
Grammatista vel tes, literator, *A Grammarian Schoolemaister, a three halfepennie teacher, a smatterer in Grammar.*
Diobolares habens auditores.
Magistellus.
Magisterculus quæ postrema in indoctos ironice torqueri possunt.
Pædotriba.
Pædotribe. παιδοτρίβης.

the chiefe Schoolemaister, the Principall head of a Colledge.

Gymnasi-

Gymnasiarches seu Gymnasiarcha.
Gymnastica dignitate præfulgens.
Moderator cœtus scholastici, gymnasij, ludi.
Archididascalus.
ἀρχιδιδάσκαλος.
Præfectus ordinis scholastici, quem σχολαρχὴν vulgus nominat, vel Scholarchum.
Præfecturam agens gymnasticam.
Moderator Academiæ, *The Chauncellor of the Vniversity, or in his absence the Vicechauncellor.*
Rector Academiæ, quę clauarij (quos vulgus bedellios vocat) præcedunt cum clauis argenteis.

to go to Schoole.

Frequentare, visitare ludum literarium.
ἀπέρχεσθαι εἰς τὸν σχολὴν.
Sub præceptore literarum stipendia facere. Subire ferulam.
Ferulæ manum subdere, subduere.
Sub ferula militare.
In ludo literario versari.
Nomen in literariam militiam dare.

Scholers, vide *Young scholers.*

to Sclaūder, to Diffame one, to Backbite, to Report ill.

Vitio dare. Criminari.
Vellicare metaph.
In vitio ponere.
Rodere alicuius famam.
Verborum contumelijs optimum virum incesto ore lacerare, Cic.
Furta & libidines objicere.
Infligere turpitudinem sempiternam alicui, apud eundem.
Laudem alicuius proterere criminibus. Carpere.
Oblatrare. Obtrudere.
Obgannire. Obtrectare.
Debacchari. Destomachari vsque ad rauim.
Inferre crimen, infamiam.
Incurrere in alterius famam vel damnum, apud Cic.
Conflare alicui infamiam.
Offundere dedecus, scelus aliquod.
Carbone notare.
Abominandis probris afficere.
Inurere notam turpitudinis. *To put to Shame.*
Contumeliam facere in aliquem.
Infamare. Vituperare.
Contumeliam intorquere, imponere, dicere, facere.
Tanta turpitudine Ausonicam labefactare virtutem.
Blasphemo calamo aliquem notare, incusare.
Perfundere ignominia, scommatibus.
Contumelijs operire, lacerare, concidere.
Ignominia afficere, deformare.
In contumeliam agere.
Probra ad satietatem ingerere.
Contumelia insequn.
Dehonestare. Inhonorare.
Improbare. Reprehendere.
Sugillare. Traducere.
Infimulare. Notare.
Damnare. Culpare. Detractare.
Diffamare. Obloqui Maledicere.
Derogare. Detrahere. Mordicare.
Irrogare & infligere ignominiam.
Ignominia notare; quod Græcis est. αἰτιᾶται προσβάλλειν.
¶ Infamiam flagrare, est summa infamia laborare.
Vituperari.
Diffamari. Laborare fama.
Improbari, male audire, *to haue an euill name or report.*

Sclaundered wrongfully.

Doleo te immerentem conuicio iactatum, exagitatum, vexatum, male acceptum.

Angor

Angor animo, quod ignominia tuleris nulla tua culpa.
Quod ignominia tibi fit illata immerenti, quod ignominiose fis tractatus, ignominia fis affectus nullo tuo merito.

a Sclaunderer, a Backebiter, a Detractor, an ill Reporter.

Detractor. Delator. Detractator.
Sibilator. Susurro. Susurrator.
Hominum famam imminuens.
Derogator. λωβητηρ.
Famicida. Sycophanta.
Insectator. Vituperator.
Maledicus. Mordax.
Dentatus. Nasutus.
Nasutulus. Obtrectator.
Vitigilator, vel Vitilitigator.
Cauillator. Sugillator.
Criminator. Obstrigillator.
Archilochium rerens.
Archilogus. Vitupero, onis.
Morbo maledicentiæ bis cæcus, apud Eras. Fœnum habens in cornu.
Venenum aspidum sub labijs habens.
Zoilus quicunque doctis viris detrahit.

Sclaūdering or Backbiting.

Detractio. Derogatio.
Obtrectatio. Maledicentia.
Oblocutio, κακολαλια.
Detractatio. Diffamatio.
Traductio. Obloquium. Maledictum.
Succus loliginis prouerbiali schemate, apud Horat. Morsus clandestinus, clancularius, virulentus.
Sermo Bionæus. Mordacitas.
Canina facundia.
Archilochia dicta.
Clancularia susurratio.
Morsus Sycophantia.
Susurrum & ium, & us.
Ater rictus, apud poëtas, pro obtrectatione. Sinister rumor.
Vituperationis lingua cote liuoris acuminata. Morsus aspidis.
Δηγμα κακιδος.

to Scoffe, vide to Mocke.

to Scourge, to Whip, or beat with whips.

Flagellare. μαστιγειν.
Verberare. τυπτειν.
Duris cædere cestibus.
Flagris cædere. Lancinare.
Flagris, neruis bubalis, taureis, taurinis flagris, crudis loris discerpere.
Loris & restibus incidere.
Excoriare. Excarnificare.
Laniare. Dilaniare.
Terga percutienda dare.
Virgis, loris conscindere miseros.
Mulctare verberibus, apud Cor.
Verbere subduro tristia fatigare terga. Crudeli verbere lacerare terga.
Conficere aliquem affatim, pro miserè flagellare.
Acribus flagris cædere.
Flagris noxias expiare.
Lacerare flagris.
Conficere verberibus.
Scuticis & vimine discerpere.
Dare aliquem totum in ruborem, id est, ita verberare vt vndequaq; rubeat, Plaut. in Capt.
Per omnem vicum verbere agere.
Diuerberare cutem. Inscribere tergum, corpus virgis. διερραφειν.
¶ Variari virgis. *vide to beat.*

•Scourged, vide Whipped.

to Scowle, vide to Looke sowerly.

to Scrape.

Radere. Corradere. Eradere.
Obliterare, *to Scrape out.*

to Scratch, to Clawe.

Scabere. Pricare.

Vngui-

Vnguibus pruriginem ſedare.
Scalpere. κνάω.
Arare, exarare cutem vnguibus.
Vnguibus fodere, perforare, lacerare, lancinare, radere.
Explicitis, vnguibus cutim fodere.
Immolare in oculos, in faciem.
Perfricare, Cic.
Tu in hoc vlcere tanquam vnguis exiſteres.

a Scriuener, vide *Writer*.

the Sea.

Salum. Amphitrite, Thetis.
Nereus. Doris.
Gurges immenſus.
Circumfluus humor.
Neptuni vnda. Mare.
Pelagus. πέλαγος.
Fretum. Æquor.
Neptunus. Pontus.
Oceanus à celeritate. ὠκεανός.
Rex vndarum belluoſus, reciprocus, refluus, vndoſus.
Sal pro mari, Virg.
Altum, ſubſtantiuum pro mari ponitur à Virg.
In altum vela dabant læti.
Profundum, apud Ouid. pro mari.
Guttur indomitum, Vaſtum Cærulæ aquæ.
Reliqua inquirantur. Inter Synonima Poëtica. Neptunus.

the Sea is appeaſed, mitigated, aſſwaged.

Mare placatur, Æquora tuta ſilent.
Mulcere fluctus.
Tollere ventos.
Placidum ventis ſtat mare.
Omne ſilet æquor ſtratum.
Motos componere fluctus.
Cunctus pelagi cecidit fragor.
Alta quieſcunt æquora Nerei.
Placida premit æquora Pontus.
Ventos temperare, ſedare, placare.
Siſtere mare.
Sternere æquor.
Mare componere, æquor, vndas frigere.
Fluctus compeſcere.
Venti ſubſiſtunt, fileſcunt.
Cadit Eurus.
Remittit vnda fæuitiam.
Freta miteſcunt.
Mare ſternitur.
Maris ira frangitur vnda ponit minas

the Sea is moued, troubled, boiſtrous.

Mare concitatur.
Maria alta tumeſcunt vbicibus ruptis.
Vento turbentur arenæ, & veniunt ad littora, fluctus.
Ponto ſonat vnda refuſo.
Oceanus terram qua patet, ambit aqua.
Æquoreaſque ſuo ſydere turbat aquas.
Ferrea marmora Ponti.
Indignatur magnis ſtridoribus æquor.
Clauſo ſit gurgite murmur.
Semifero ſub pectore murmurat vnda.
Spumant vada marmore verſo.
Freta agitata tumeſcunt.
Surgit mare.
Mare turbidum.
Maris Ira, fæuitia, tempeſtas.
Freta indignantia, mota.
Tumeſcentes aquæ.
Æquora ventis concitata, fluctibus agitata.
Freta mouere, concutere miſcere, exaſperare aquas.
Mare albet ſpumis, Tumeſcit ventis.
Venti vexant.
Iactantur æquora ventis.

the

the Sea coaſt liketh me beſt.

In maritimis facillimè ſum.
Iucundè verſor in maritimis.
Maritima loca cum voluptate frequento.
Maritima regione libenter vtor, in ora maritima verſari iucundum eſt, maritima ſedes me capit, oblectat, tenet.
Paſcor maritimæ regionis aſpectu.
Meis oculis regione maritima nihil eſt iucundius.
Miram haurio iucunditatem maritimæ regionis aſpectu.

to Seale letters.

Literas claudere. Signare.
Conſignare, obſignare epiſtolam.
Sigillo munire, inſignire.
σφραγίζειν.
Signi impreſſione occludere.
Signum, ſigillum imprimere annulo.
Sigillare. ἐπισφραγίζειν.

to Search out, vide *Inquire and Imagine.*

a Seare cloth, or a Plaiſter made of oyles, gummes, waxe or roſen.

Cæratum, ſiue vt alijs placet.
Cærotum κήρωτον quod vulneribus & membris conſolidandis adhibetur.

in Seaſon or good Time.

In tempore. Ipſo tempore.
Tempeſtiuè. Maturè.
Opportunè. Per tempus.
Auſpicatò. Fauſto ſydere.
Secundis auibus.

a Seate, vide *Stoole.*

Secretly, Priuily.

Clam. λάθρα cum genetiuo.
Secretò. Cautè.
Abditè. Ex occultò.
Ex inſidijs. Occultatè, apud Cic.
Clanculum. Occultè, latenter.
Clandeſtinè. Abſconditè, furtim.
¶ In occulto. Abſque arbitris.
In angulo. ἐν γωνίᾳ.
In priuato.
In penetralibus.
¶ Suſpenſo gradu. Pedetentim.
Pedepreſſim. ἀκροποδητί.
Suſpenſis pedibus.
Tacito pede.
ἀπὸ χαμαὶ ποδί.

great Secrets or Myſteries.

Myſteria. Myſtica.
Quàm maximè abſtruſa.
Abdita. Retruſa.
Cælata. Abſcondita.
Altiſſimè latentia.
Occultiſſimæ res.
A noſtris remota conſpectibus.
Operta. Obumbrata.
Velata Obuelata.
Arcana ſecluſa.
Inuoluta. Obſcura.
Tecta. Obnubilata.
A natura inuoluta. Recondita.
Sacra quæ prophanum vulgus ſcire non conuenit.
A prophanis oculis longiſſimè ſemota.
Senſibus humanis remota.
In terra refoſſa, latentia.

to reueale, to open Secrets.

Conſcium, Participem aliquem conſilij ſui facere.
Arcanos alicui credere ſenſus.
Effutir e ſecreta.
Dogma prodere, Enunciare commiſſa
Renuntiare.

Futili,

Futilis Homo, hac atque illac profluens.

a Secretary.

Scribarum præfectus. Primus ac præcipuus à litteris, ab epistolis
Archigrammateus.
Secretarius vulgo dicitur, quę Silentiarium Accursius vocat verum originatius latiniusque à secretis dixerimus seu tabellionem, quod tabulas, hoc est testamenta & scripturas publicas conficiat, quod conuenta conuĕtiones ciuitatis, & cōtractuū pacta, quæ Græcis συμβολαιαι dicuntur, scribat, unde & Græcè συμβολαιογραφος, seu poti, συμβολαιογραφος vocatur, & tabellion ταβελλιων ciuitatis scriba, vel à libellis, qui barbare Notarius dicitur, vocabantur enim olim notarij qui in senatu notarent.

a Sedition, Debate, Commotion or Vprore in a Citie.

Bellum intestinum. Seditio.
Bellum ciuile. Factio.
Motus ciuilis.
διχοστασια.
Diuisa seditione ciuitas. Ascon.
Ciuium dissentio, tumultus, factio.
Arma ciuilia.
Occultum, intestinum, domesticum malum.
Rabies, furor vulgi.
Dissidium, vel bellum domesticum, quando scinditur incertum studia in contraria, sententias in contrarias vulgus, aut ad arma concurritur, dissocietatis ciuium animis inter se digladiantur, bellum agunt intestinum ciues.
Coorta est seditio, fluitque animis ignobile vulgus.
θορυβος. *Vide commotion.*

to make a Sedition, vide Vprore.

Sedition is the plaque of the common wealth.

Multas respublicas ciuiles discordi perdiderunt, domesticæ seditiones intestina bella, controuersiæ inter ciues, partium contentiones, è ciuilibus discordijs, contentionibus, controuersijs, seditionibus multarum rerum publicarum pernicies fluxit, manauit, orta est.
Cuium dissentiones multas vrbes opibus admodum florentes, euerterunt solo æquarunt. diruerunt, exciderunt, affixerunt, perdiderunt, sustulerunt.
Multis vrbibus perniciem, exitum, pestem, excidium, ruinam, interitū attulerunt, exitio fuerunt.

to See, to Looke, to Beholde.

Cernere. Videre. ὁρᾶν.
Oculis haurire, capere, accipere percipere. βλέπειν.
Obire oculis Plin. Spectare.
Adicere. Conspicere.
Inspicere. Incuei.
Speculari. Contemplari.
Aduertere. Animaduertere. *Vide to looke about.*

to See but a little, to be dimsighted, to be Purblinde or sandblinde.

Cæcutire. Hallucinari.
Caligare. Lippire.
Cæcultare, apud Plautum.
Falli iudicio. *vide Squint.*

to See and not See, to let it passe or slippe as though we knewe nothing: to Winke at the matter.

Con-

Conniuere. συναφαμιλλᾶν.
Dissimulare ifum.
Ad multa sciens conniuire.
Charadryona imitari.
Data opera dissimulare.
Studio occludere oculos ne videant.
Allutè cælare.
Multa prudenter præterire.
Egregia conniuentia tranfire.
Dissimulanter agere, contueri.
Oculis velatis, clausis præterire.
Connuere in hominum scoleribus. Cicero.
Hallucinari in amicorum vitiis, apud Erasmum.
Per licentiam indulgere. Budæ.
Et apud Vlpianum. Conniuentibus oculis, id est, per dissimulationem, & apud Accur.
Ratione strictæ. i. ratione nõ inspectæ.

ye may See, vide *Perceiue.*

to come to See, vide *to Visite.*

to Siege, to pitch his Camp, to a place.

Apud Patauia castra possint.
Locauit. Constituit.
Fecit, metatus est.
Obsidione cinxit, obsedit corpus, suo sepsit exercitu.

to raise the Seege, vide *Campe, & Raise.*

to Seeke, to Inquire.

Quærere. Inquirere. Conquirere.
Exquirere. Perquirere.
Explorare. Inuestigare.
Indagare. Rimari. Vestigare.
Scrutari. Peruenari.

to Seeke after glorie or praise, vide *Ambitious.*

to Seeke fame or renowme by ill doings.

Gloriæ famulam velut Ephesidi templi incensor conquerere, detractionis studio, incursu hostili, bello non prius indicto.
Illustres accusando viros suo nomini famam quærere. Hiero.
Flagitiis, facinoribus post cineres dilatare famam.
Nomen memoriæ scoleris extendere voto adipiscēdæ famæ latioris. Soli.
Pestilenti exemplo nomen posteritati commendare.
Alios traducendo choragium aliquod gloriæ affectare, venari.

to Seeth, vide *to Boyle.*

Seld, scarce not often.

Rarus. Rara vel alba auis, nigroque similima cygno.
Phœnice rarior.
Cornu rarior albo. Iuuen.

Seldome, not often.

Rarò. σπανίως.
Perrarò. Rarius.
Rarenter. Haud crebrò.
Vix vnquam. Insolenter. Cic.
Rarissime. σπανιότατα.

of him Selfe, vide *Willingly and Without helpe.*

to Sell.

Vendere. πωλεῖν. Diuendere.
Venundare. Distrahere metaphor.
Aera mutare. Dare pro vēdere. Cic.
In caritate annonæ esse modium populo dedit.
¶ Nundinari & nundinare.

to Sell openly.

Mancipare & emancipare.
ἐκπωλεῖν. Extra dominium suum ponere.

to offer or to put foorth to Sell.

Venum exponere.
Inſcribere ædes, apud Terent.

to Send away, vide *to put away.*

to Sent, vide *to Smell.*

to gine a Sentence or Iudgement, vide *to Iudge.*

to Separate, to Seuer or to Part one from another.

Diſcernere.
Diſtrimen rectum facere.
Ponere diſcrimen, diſtinguere.
Partiri, diſcriminare, *Vide to Deuide.*

a Separation betwixt man and wife, vide *Diuorſe*

a Seuering or Parting.

Dirimere coniunctionem, diſcindere, diſſuere, diſiungere, ius omne coniunctionis tollere, delere extinguere.
Magno locorum interuallo diſiuncti ſumus.
In ijs locis ſum, quo propter longinquitatem tardiſſime omna perferuntur.

Separately, a ſunder. Seuerall.

Singulatim Diuiſim.
Priuatim. Seorſim.
Separatim. Seiunctim.

a Serce, vide *a Sine.*

a Serpent or Snake.

Anguis maculoſus.
Serpens ſinuoſus.
Variæ ſerpentum ſpecies ſunt.
Seps tabificus. Natrix.
Hæmorrois. Chelydrus.
Cenchris. Scytale.
Dipſas. Aſpis. Echidna.
Cæcilia. Iaculus.
Præſter. Coluber.
Hydrus, Hydra, & Cherſydrus.
Vipera. Ceraſtes, &c.

to Serue.

Famulum agere. δουλεύειν.
Famulari. Seruire. Inſeruire.
Miniſtrare. ὑπηρετεῖν.
Miniſterium exhibere, præbere.
Famulatum, familitium præſtare.
Colere ſeruitutem, apud aliquem.
Ancillari propriè de viris qui præter dignitatem ſe alicuius ſeruitio ſubijciunt.

a Seruaunt, Bondman or a Serning man.

Miniſter. ὑπηρέτης.
Seruus. δοῦλος.
Puer. Famulus. A myſterio.
A pedibus meus, apud Terent. ſubintelligitur ſeruus. *A Lackey.*
Fures pro ſeruis poſuit in Bucolicis, Virgil.
Quid domini facient, audent cum talia fures, pleruntque enim ſit vt fiuraces ſint.
Dictarij ſimiliter.
Dromos frequens in Comœdijs.
Cliens. Aſſecla.
Pediſſequus. Mancipium.
Verna. Vernula.
Scoparius à ſcopando, apud Vlpian. Comes.
Miniſteria pluraliter pro ipſis miniſtris, ſicut ſeruitia pro ſeruis, apud Saluſtium.
Columella, ſeruus maior in familia. *The chiefe ſeruant of all the houſhold.*
Additus & nexus apud Romanos & Iuriſconſultos qui obſæs alienum creditoribus in temporariam ſeruitutem

uſurpem addicebatur.
Infimus famulorum ſeruus.
Domus mancipium, ſpongia.

a maid Seruant.

Famula. Ancilla.
Pediſequa. παῖδίσκη.
Θεράπαινα. Abra. Verna.
Mercenaria puella.
Lorrix aululariæ, ancilla agraria, agreſtis, ruſtica, ruſticana.

Seruice, vide Attendance.

Seruiceable, or readie to pleaſe.

Dare ſe alicui. ἑαυτὸν ἐνδιδόναι.
Obſequentem ſe præbere, inſeruire, miniſtrare, commodare, prodeſſe, accommodare, obtemperare, adiuuare.
Conuertere ſe ad ſenſum vel ad nutum alicuius.

to be Set aſide, behinde the dore, to be caſt aſide, out of the way, as not remembred or regarded.

Paſcere tineas.
Inter blattas tineaſque rixari, apud Polit. in miſc. Sentire tineas.
Tineas pati, apud Auſo.
A tineis exedi, corrumpi, rodi.
Obijcere tineis blattiſque.
Longa quaſi rubigine neglectũ iacẽs
Senili carie corroſum.
Literarum figuræ carie ac ſitu obliteratæ, tinearum ac blattarum iniuria ſemiroſæ.

to Set leſſe by, vide to Put backe.

to Set much by, vide Eſteemed.

nothing Set by, vide of no account.

a Setled minde.

Animus, quietus, ſtabilis, excelſus, altus, ſublimis, conſtans, præſtans, firmus, tranquillus, æquus, ad omnia paratus ab omni cura ac moleſtia vacuus.

to Set vpon, to aſſaile or encounter with.

Aggredi. Congredi.
Concertare. Confligere.
Adoriri. Inceſſare.
Inuadere. Inſiliri.
Inſultare. *Vide to Aſſaile.*

to Set on, vide to Sirre vp.

Sakle, vide Fetters.

a Shadow.

Vmbra. Montibus denſantur vmbræ.
Apta paſtoribus vmbra.
Vmbra defendere rapidis à ſolibus vuas.
Ingenti ramorum defenditur vmbra.
Molli ſuccedere ſæpius vmbra.
Miniſtra portantibus vmbra.

to Shake.

Vibrare. Quatere. Contorquere.
Concutere. Criſpare.

to Shame one, to make one Aſhamed.

Pudefacere. Pudorem afferre.
Pudorem iucutere. Pudore afficere.
Inijcere pudorem, ruborem.
Violatæ caſtitatis aliquem traducere
Confundere in hoc ſignificato prorſus barbarum eſt, denotat commiſcere ſimul fundere.
¶ Pudefieri. *to be aſhamed.*
Suffundi rubore, ad lachrymas vſque quod Græcis eſt. εἰς δάκρυα αἰδεῖσθαι.

Probrum & pudorem contrahere. *To get both shame and blame.*

to be a Shamed, vide *to Bluſh.*

Without Shame, vide *Impudent, Shameleſſe.*

Impudens, ad Impudentiam propenſus, impudens, inverecundus, immoratus, expers modeſtiæ, verecundiæ, inducii, prudentiæ, rationis inconſideratus, immodicus, minimè verecundus, à pudore averſus, ad impudentiam, pronus & propenſus.

it is a great Shame.

Datur, aſcribitur, imputatur probro, vitio, crimini.
Vitio vertitur. Datur dedecori.
Turpe eſt. Vitio confine eſt.
Vitio venit. Boet. Non abeſt à vitio.
Non probatur in vulgus.
In crimen vocatur, apud Cic. pro vitio vertitur.
Flagitium eſt. *It is an ill deed.*

Shamefaſtneſſe: Bluſhing.

Rubor. Modeſtia.
Verecundia. Pudor. Frons.
Confuſionem, vulgus vocat.
αἰσχυντία ἰρυθρια. *Vide Dubonneſty.*
Pudor ſubijt illum.
Æſtuat ingens in corde pudor.
Ponere, ſoluere pudorem. *To put to shame.*

Shards of ſtones, vide *Rubbiſh.*

to make Sharpe, vide *to Whet*

a Sharpeneſſe or Quickneſſe of wit.

Animi vinacitas.
Acumen ingenii.
Sagacitas. Perſpicacitas.
Induſtria. Solertia.
Induſtria. ἀλχίνοια.
Acrimonia. αἰχίνη.
Dexteritas in rebus agendis, in exequendis negotiis.
Vrgens, inſtans Chryſippeum acumen. *Vide Vittir.*

a Sheepe

Ouis. πρόβατον. Bidens.
Pecus, oris pro eodem, apud Quint.
Aries, *a Ramme.* Veruex.
Greges lanigeri, apud Virg.
Pecudes lanigeræ.
Tonſæ, apud D. Hieron. & alios probatos authores.
Lanigerum pecus.
Balantum grex.

a Shepheard, a Keeper of cattel.

Opilio. Vpilio. Ouium cuſtos.
Paſtor. Armenti. Pecoris magiſter.
Pecudum magiſter. Dux gregis.
Formoſi pecoris cuſtos.
ποιμὴν. Paſtor ouium.
Probatophylax. προβατοφύλαξ.

a Sheepcote or a Folde.

Caula. Ouile.
Ouium ſepta. αὐλὴ Græcis.

to Shew, to Repreſent, to ſet before the eyes.

Exhibere. Offerre.
Proferre. προφαίνειν.
Præ ſe ferre. δείκνυειν.
Sub vel ob oculos, ante oculos ponere. προχειρίζειν.
Præſentare. Repræſentare.
Monſtrare. Demonſtrare.
Oſtendere. Docere. Expromere.
Oculis ſubiicere. Expromere.

In

In tabula, seu in speculo repræsentare.
Ante oculos adducere.
Dare pro ostendere, offerre, Quid.
Da mihi te talem.
Præstare in eadem significatione.
Artificii miraculum ostentare.

to Shew plainely, clearely.

Arguere pro palàm facere.
Rem digito propemodum ostendere designare.
Velut in tabella ostendere, palam facere.
Compendiaria ratione demonstrare.
Compendiaria via exhibere.
Crasso exemplo ostendere.
Ostentare ad Heb. 6. quod uerius ad factum seu iactantiam refertur.
Vide to declare.

to Shew favour, vide *Favour.*

I will Shew my selfe thy verie friend.

Probabo me tibi esse, ejusmodi officium nullum erga te officium hominis amantissimi prætermittam, meam in te non mediocrem, non vulgarem, eximiam, summam, singularem, incredibilem benevolentiam, re declarabo, patefaciam: quouis officiorum genere testificabor, testatam apud te relinquam tibi probabo.
Sic officiis & studiis illustrabo, vt eam & tu, & omnes clarissime cernant, et ea tibi atque adeo cunctis hominibus clarissime pareat.
Notior et illustrior meus in te animus erit.

Shew thy selfe a good Citizen.

Bonus ciuis esto, da operam enitere vt bonum te ciuem præbeas, præstes, vt boni ciuis partes, tueare, exequare, sustineas, agas, vt boni ciuis officio satisfacias, vt ea præstes, quæ bonum ciuem decent quæ expectantur ab eo, qui boni ciuis nomen aucuparis, caue ne boni ciuis officium prætermittas, ne quid à te fiat committatur bono ciue minus dignum, bono ciui indecorum.

a Shield, vide *Buckler.*

to Shine, to be Bright

Micare. Scintillare.
Ardere. Retinere
Emicare. Clarere.
Nitere. Enitere.
Lucere. Relucere.
Fulgere. Effulgere.
ἐκλαμπρύνεσθαι. Confulgere.
Fulgere. Splendere.
Coruscare, Radiare.
Rutilare. Irradiare.
Tremulum flamma spargit.
Purpurea luce refulget.

Shining, vide *Cleare.*

Shippes.

Naues. Rates, Classes.
Nauigia. Rates.
Biremes. Triremes. Trieres.
Quadriremes, Proræ, Puppes.
Carinæ. Dicrota.
Liburna, Liburnæ, & Liburnicæ, *ships of vvarre*
Corbitæ, naues onerariæ.
Phaselus, Puppis.
Circerus, med. prod.
Cercurus, apud Plaut.
Paro & myopero, *a Pyrate.*
Catascopium, vel episcopia nauis, *a Pinnace.*
Corina, *The keele of the Ship.*
Pristis. metaph. *A small long Ship.*
Alueus, apud Propert. & Liu.
Nauis Salamina, prouerb. quæ præuelox.
Lembus, *A Boat.*

Celox idem, ſed brevior. Celotis.
Acatium, *a Barge.*
Naus actuaria, idem, Stiata.
Trabs vaſta, apud Perſi pro naue.
Trabica. δρεις. Cedicaria.
Emperacta, *a couered Ship.*
Nauarchis genere fœminino, & nauis prætoria, *the Admirall of the Nauie or Fleete.*

Shipwracke.

Naufragium. In immenſo iactantur corpora ponto.
Aguntur ventis tabulæ, feriuntur ab vndis.
Nauis ſæuis acta madeſcit aquis.
Diſiectæ toto æquore claſſes.
Irriſam ſine honore ratem agebat.
Arma virum tabulæque & Troia gaza per vndas, Natant.

a Shipper or Shipman, vide *a Mariner.*

a Shirt or Smocke.

Interula. Camiſia.
Induſium. ἐνδυμα.
Intuſium, vt Varro ſcribit, quod intra plurimas veſtes corpori adhæreat.
Tunica ima.
Subucula à Viue pro camiſia virili ponitur.
Subucula collari rugato, *A shirt with ruffes*, apud eundem in colloquijs.
Inducium laneum, *a Petticote.*

to Sigh or to Waile, to deſire feruently.

Gemere. Suſpirare Gemiſcere.
Ingentem gemitum dare ab imo pectore.
Gemitu tectum omne replebat.
Dare trahere gemitum corde.
Edere gemitum alto de corde.
Spirat ab imo pectore.
Ducere, referre, repetere, trahere ſuſpiria.
Haurire, mouere, verſare ſuſpiria.
Luctus gemituſque ſonabant.
Inque domus lachrymas angulus omnes habet.

to Shoote, to Hurle, to Fling.

Iaculari.
Torquere, contorquere haſta, telum in latus, in aluum equi, in caput alicuius.
Confícere iaculis ſagittarum propugnatores, apud Suet.
Telo hoſtem deijcere.
Traijcere murum aliquem telo, iaculo, haſta.
Telum emittere, tijcere.
Iacula, ſagittam torquere, moliri.
Sagittare, verbum à ſoliis Neeotercis vſurpatum.
ἰάπτειν. Iaculo petere.
Iaculo figere, ferire.

to Soot cunningly, verie well.

Bene, ſolerter, peritè, dextrè iaculari.
Δεξιῶς. δεξίως ἐᾶλλειν.
Iaculandi peritus ſum.
Sagittam veliaculum collimare.

a Shoe.

Calceus. Hypodema.
Calceamen. Calceamentum.
Calcearium & Calcearius, apud Plin pro calceo poſitum.
Buxea, apud Plaut.
Carbatina & Sculponeæ, ruſtica ſunt calciamenta.

a Shoemaker.

Calcearius. Calceolarius.
Ὑποδηματοποιὸς. Sutor.
Solearius. Veteramentarius.

a Shoe-makers laſte, vide *a Forme.*

a wooden Shoe, vide *a Patten.*

a Shore, vide *Piller.*

Short. Briefe.

Succinctus. Breuis.
Compendiarius. Preſſus.
Circumciſus. Laconicus.
Compendioſus. βραχυλογος.

Shortly, Briefly, with fewe words.

Breuibus. Paucis. Breuiter.
λακωνικως. Laconicè.
Contractè, apud Braſ.
Carptim. Succinctim.
συντομως. βραχυλογως.
Succinctè. Collectim.
Summatim. In ſummia.
ὡς ἐπιπαν & ὡς ἐπιπολυ.

Shortly, within theſe fewe dayes.

In breui temporis ſpacio.
Breui. Caue hic dicas breuiter.
Breui tempore.
Breui temporis curriculo.
Exiguo temporis curſu.
Breui temporis intercapedine.
Breui admodum.
Primo quoque tempore dixit Cic. & Bud. Quam primum.
ἐυτυχῶς δι' ὀλιγου.
Propediem. Protinus.

Short winded.

Suſpirioſi. Anheli.
Anhelatores. Aſthmatici.
δυσπνοικοι.
Dyſpnoici. Orthopnoici.

a Short communication, or talke.

Sermo breuis, ſuccinctus.
Compendium. Micrologus.
Micrologia, ſermonis breuitas.
Laconiſmus. λακωνισμος.
Breuiloquentia.

to Shorten, to make Short;

Breuiare. Breue facere.
Abbreuiare. Coarctare.
Contrahere in compendium.
Rerum geſtarum ſummam texere.
Conferre in pauca Perſtringere.
Latè ſupra in arctum colligere.

Shrowre, vide *Rayne.*

Shroue-tueſday.

Bacchanalia. Liberalia.
Bacchi orgia feſta. Dionyſia.
διονυσια. Feriæ Dionyſiacæ.
Saturnalia. Dies Saturnalitij.
Dionyſiaca feſtiuitas.
Genialesdies, voluptuarij.
Dies epularum, conuiuij, letitiæ.
Carniſpriuium. Carninalia.
Feſtum penſardi, vt Louanij vulgo dicunt.

to Shut vp, vide *to Stop vp.*

to fall Sicke, to get a ſickneſs or diſeaſe, to become weake, faint, or diſeaſed.

Morbum contrahere.
Contrahere valetudinem aduerſam.
Alere morbum.
Delabi, cadere in morbum.
Inſolentia mutati aeris morbum trahere.
Crebris pharmacis vires nimium exhaurire.
Nimio obſcenitatis vſu vires corporis attenuare.

Vires deficiunt alicuiꝰ vel alicui.
Debilitari. ἀδυνατεῖν.
Langueſcere. Elangueſcere.
Viribus deficere.
Aegreſcere. Frangi.
Ad languorem vſque debilitari.
Imbellis fio.
Morbo corripi, afficiꝰ.
In morbum incidere.
Corripi valetudine aduerſa.

to be ſicke or ill at eaſe, to lie ſicke in his bed.

Male habere. Male valere.
Cubrare, apud Horat.
Aegrotare & infirmare in ſacris literis frequentius.
ἀῤῥωστως ἔχειν. Laborare.
Languere. Elanguere.
Lecto deſigi. Lecto decumbere.
Grauiter habere Affligi.
Cum Medicis rem habere.
Incommodè habere.
κακῶς, ἀδιαθέτειν. πονηρῶς ἔχειν. κακῶς ἔχειν.
Affectis eſſe corporis viribus.
Aduerſa, haud proſpera, infœlix, mala, infauſta, parum ſecunda, parum proſpera, perquàm incommoda, haud ſane commoda eſſe valetudine.
Differri doloribus. Terent. vexari, cruciari.
Aegritudine corporis laborare.

extreemely Sicke.

Morbus, lues in omnia dicitur membra graſſari, illabi per oſſa in medullas, toro vagari, peruagari corpore, omnes carpere artus.
Conflictari morbis variis & tenacius Sue. Grauiter, minùm, valdè malè habere.
Grauiter, acerbè diſcruciari
δεινῶς βασανιζεσθαι. Mar. 8.
Ab animo bene habere, a corpore autem peſſimè.
Conflictari valetudine iniquiſſima, nouiſſima, Plin. & Budæ.
Morbi acerbitate, graui corporis morbo teneri.
Affici grauiter.
Ad deſperationem Medicorum ægrotare, laborare, eſſ Medicorum ſententia damnari, vel vitæ non diuturnæ adjudicari.

to fall Sicke againe.

Incidere in morbũ de integro quod vulgo dicitur Recidiuare, Cic.
Grauius ægrotant hi, quĩ cum leuari morbo videntur, de integro inciderunt.
¶ Morbus ægraueſcere, ingraueſcere dicitur, *To waxe more ſicker.*
¶ Dare ad languorem, *to cauſe ſickneſſe.*
Intenſa ſtudia caput dant ad languorem.

Sickelineſſe, vide Weakneſſe.

a Sickle, a Sythe.

Falx meſſoria, ſeniatica.
Falcicula. Secula. δρεπανον.
Hama, apud Plin. ἅμη.

to go to ſit Side by Side.

Claudere latus, ſiue dextrum, ſiue ſiniſtrum frequens, Eraſ.
Tegere latus, pro eodem, apud Hor.
Stipare alicui latus.
Ire ex latere. Eſſe a latere.
Adhærere lateri, aut dextro, aut læuo.

of ſharpe and quicke Sight.

Perſpicax. Oculatus.
Lynceus, Perſpicacior Lynce.
Acutum videns, cernens, Horat.
Argus, prouerb.
Lynceos habens oculos.
Lynceum acumine vincens.
Oculatio Aquilino oculo cernens.
Serpentis oculus, prouerb.

Lumina

Lumina habens aquilinis magis clara, quibus vel lyncas vincere pſlit.

to Sigh.

Suſpicare. Ducere ſuſpiria.
Petere alte ſuſpirium.
Imo de pectore graviter gemitus agere. Dare gemitus, reddere
Magnum ſub imo corde premit gemitum.

in the Sight of the eyes.

Tota mihi illa regio in cubiculo meo ſedenti erat in conſpectu, ante oculos erat, in oculis erat, ſeſe oculis verſabatur, egregie patebat. *Vide Openly.*

a Signe or Token.

Signum. Indicium.
Argumentum. Portentum.
Præſagium. Prognoſticatio.
Oſtentum. Monſtrum.
Augurium. Auſpicium.

to Signifie before any thing happeneth, to ſhew what will follow before it come.

Præſagire. Portendere.
σημαίνειν. Significare.
Nuntiare. Prædicere.
Demonſtrare.
Significare aliquo prodigio.
Præmonere. Speciem futuri præministrare.
Minari. Minitari.
Spondere. Polliceri.
Promittere ad planetas vel ſydera relata. *Vide betoken.*

to commaund Silence or Peace, to ſtop ones mouth.

Silentium imponere, imperare, facere, indicere. σιωπᾶν.
Obdere, imponere ori frenum
Reddere Harpocratem, apud Catul.
Suffrenare. Supprimere.
Obturare os. Ora premere.
Os loquentis opprimere, Ouid.

I will keepe Silence.

Non faciam vt ducam, tantum relinquam, tantus prætermittam, tantus tranſibo, tacebo, ſilebo, ſilentio inuoluam, percurrã, prorſus hoc emittam, abſtinebo, oratione mea non attingam, verbum non faciam, ſermonem hac de re nullum habebo, *Vide Peace.*

Simply, Plainely

Planius. Apertius.
Simplicius. Apertè.
Craſſè. Intelligibilius.
Pingui craſſa Minerua, quod groſſo vel largo modo vulgus dicit.
ἐν πλάτει. Pingui formula.
Craſſiore muſa. παχυτέρα μούσῃ.
Planius ac rudius.
σαφέστερον καὶ ἁπλούστερον.

Sincere, vide Vpright:

to Sing.

Canere ἄδειν.
Struta cantare auæna.
Canere carmen, cantionem.
Cantare. Modulari.
Edere ore ſonos, modos.
Pſallere. ψάλλειν.
Ludere calamo.
Dicere carmina.
Inflare calamos.
Dulciſono complere æthera cantu.
Mulcere blandis modulatibus aures.
Auiculæ præterea vernant, cantillant.
Volucres cantu æthera mulcent.

to Sing alwaies one ſong, to be alwaies in one tale, to be euer harping vpon one ſtring.

Eandem canere cantilenam.
Cuculi carmen canere.
Sæpius dicta repetere.

Singular or Speciall.

Singularis. Præcipuus.
Maximus. Summus.
Eximius. Vnicus.
Primus. Potiſſimus.

to Sinne, to Offend.

Committere peccatum.
Offendere Deum.
Peccare. ἁμαρτάνειν.
Labi in peccatum.
Contrahere noxiam.
Grauius aliquid admittere.
Flagitium aliquod admittere, *to commit a vvicked offence.*
In terta collabi facinora.
In grauia incidere crimina.
Contaminare ſe culpa, maleficio, humanis vitijs.
Innocentiam in baptiſmo receptam facineribus contaminare.
Peccata peccatis accumulando iuſtam Dei iram ſe incitare.
Iram Dei offenſionibus contrahere, in nos prouocare.
¶ Errare. Cadere.
Delinquere, *to do amiſſe.*
Impingere, πταίειν, de minutulis & leuibus.
Ex ſurreptione & imprudenter committere.
Mundi iniquinamentis contaminari.

to Sinne againe, to returne to his former Faults.

Relabi, recidere in præterita ſcelera.
Redire ad vomitum inſtar canum.
Retrahi, Reduci, reuolui in priſtina peccata.
Inſtaurare offenſam.
Pati recidiuam.
In eundem lapidem rurſum impingere, pedem offendere.
πρὸς λίθον προσκόπτειν.
Culpam eandem iterum atque iterũ committere.
Relabi in extirpata vitia.
Iterare culpam, ſcelus, flagitium.

originall Sinne.

Originalis macula.
Parentales labes.
Peccatum originale.
Primogenia noxa.
Reatus naſcendo contractus, vt loquitur D. Auguſt.
Contagio originalis noxæ.

Synopie, vide *Reade colour.*
Sth that, vide *Becauſe. that.*

a Siue or a Serce.

Subcerniculum. Incerniculum.
Cribrum farrinarium, excuſſorium pollinarium.
Cribrum ſeraceum.

the Skie, vide *Heauen.*
vnder the Skie, vide *Vnder the firmament.*
to Skirmiſh, vide *to Fight.*

Skilfull in warlike affaires.

N. Bellicæ artis peritiſſimus, in re bellica, in rei militaris ſcientia, in bellis gerendis callidiſſimus, calliditate, vaferrimus, verſutiſſimus, aſtutiſſimus fuit, vafritie, calliditate, verſutia, aſtutia, aſtu, arte anteiuit, antecelſit omnes.
Præſtitit, antecelluit, ſuperior fuit omnibus,

Parem

Parem habuit neminem.
Nemo cum illo conferendus: comparandus, æquandus.
Quis perfectam belli gerendi artem, rationem, vt illæ, tenuit, obtinuit, calluit, nouit, possidit, consequutus est. *Vide Captame.*

Slacke or Negligent in doing his Office.

Frigere. Oscitare. Cessare.
Claudicare in officio. Desidere.
Dormitare. Dormire.
Præterire officium.
Oscitanter agere partes suas.
Remittere de diligentia.
Industriam ponere.
Indormire in re aliqua.
Mandragoram bibere, pro cessare in officio doctis vsurpatur.
Ponere omnem de aliquo sollicitudinem.
Resuperari. Non sollicitum esse.
Otium dilectare.
Deses, remissus, supinus sum, animo nec strenuo, nec vigilanti arrectoque ἀκνηρίζειν.
Negligere. Non curare.
Nulla vel parua cura tangi.
Indormire causæ Cicero: An faces admouendæ sunt, qui te excitent tantæ causæ in dormientem.
Restare, socordem esse in via salutis.
¶ Curæ rediuiam vel reduuiam, apud Cic. pro versari in leuioribus negotijs, neglectis grauioribus negotijs.
Est autem caruncalam quæ vnguibus supernascitur circundire.

Slaine or killed.

a Slaue, a Bondman.

Seruilis. Subiugus homo.
Aegyptius laterifer.
ἀνδράποδον. παιδίσκη.
Scoparius. Verna.
Vernacula. Spongia domus.
Lixa, *A Scullion.*
Calo, onis, *A Slaue of a Souldier.*

to Slea, vide *to Kill.*

a Sled, vide *Dray.*

to Sleepe, to Repose.

Dormire. κοιμᾶσθαι.
Dormiscere. Requiescere.
Dare se somno.
Sopire. Soporare.
Capere vel carpere quietem placidam.
Fessa membra placido leuare somno.
Cubare, Incubare in lecto.
Incubare thoro. Virg.
Somnum carpere vel soporem.
Tacitæ concedere lumina nocti.
Alterna requie lassitudinem corporis instaurare.
Fatigata membra quiete releuare, leuare.
Fronde sub arborea quietem carpere.
Agere quietem, pro dormire, apud poetam, quemadmodum accipere noctum.
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ.
Blanda quies furtim victis subrepsit ocellis.
Sopitum esse. Somno detineri.
Quiete corpusculorum vires reficere. Acquiescere.
Ducere somnos vel somnum. Virg.
Conquiescere. Cubitare.
Obdormire. Quiescere.
Somnum capere.
In scamna & scrinia reclinare capita & ceruices.
¶ Meridiari. ἀνδιάζειν.
Dormire in meridie.

to be faſt a Sleepe, or to be in a dead or ſound Sleep.

Dormire altum, altè, profundè.
Altum ſtertere, apud Eraſmum.
Graui ſomno teneri.
Arcto, arctiùs, arctiſſimo quieſcere ſomno.
Alto nimis detineri ſopore.
Altiſſimo ſomno premi.
Profundo ſomno conſopiri.
Altam dormitationem dormire.
Dormire arctè & grauiter Cic.
Ad lucem denique arctè & grauiter dormire cepiſſe.
Et ſopor altus aliquem habere dicitur. Virg.
Alituum pecudumq; genus ſopor altus habebat.
Endymionis ſomnum dormire.
Lethæo rore ſriporatus.

Sleepe ſoundly without care or ſorrow.

Suauiter dormire, ſine cura.
Babyl. Chaldæi χαλδαῖοι. Cephenes prius dicti, à Cepho patre Andromedæ, & Arphaxarei ab Arphaxat rege, vt scribit Iosephus.

Bacchus.

¶ Bacchus Iouis & Semeles filius, Liber. Lenæus pater, quia mentem lenit. Semeles puer, Horat.
Semelia proles. Ouid. Lyæus. Iacchus. Euan. Bromius. Ignigena, Bimater. Dyonisius. Iterum satus. Bis satus. Nysæus. Trionæus, Nictelæus. Genialis. Consitor vuæ Indetonsus. Elelæus parens Bassaræus. Racimifer. Proles Semeleia. Thirsiger.

Bacchæ.

Bacchæ, Bacchides, mulieres Bacchi sacerdotes. Sacrificulæ furentes, fanaticæ, Euantes, Euantis sorores vide Mænades.

Baleares.

Baleares, Gymneliæ, insulæ duæ in mari Hispanico, Maiorica & Minorica.
Barchimone, nunc deprauata voce. Barselona, vulgo dicitur.

Batauia.

Batauia, quæ & Bethasia, Hinc Batani, Bethasii, qui Hollandi vulgo creduntur.

Belgæ.

Belgæ, Belgici, Galliæ Belgicæ populi Germanis vicini.

Bellona.

Bellona Martis furor. Dea belli alio nomine Enyo, & Pallas, dis, quod Pallantem gigantem interfecerit.
Bellica virgo.
Tritonia à Tritone palude.
Minerua quod vim meuerur.
Metuenda. Virago. Bellatrix. Bellipotens & Belligera dea, Bellicosa Tritonia, Armisona, Armipotens.

Bithynia.

Bythinia regio Aſiæ minoris à Bithyno rege ſic dicta, primum Bebrycia, poſtea Mygdonia à Mygdonio rege, Ouid Nunc quod Mygdonia flebilis aſtat homo. Claud. Thyni Thraces erant quæ nunc Bythinia fertur, Saluſt. Maiorem Phrygiam dicit vocatam & à Turcis ex Tartaria venientibus occupatam.

Bithyni.

Bithyni, Bithynici, Migdonii, Bebryaci & Bebryaces penultima indifferenti.

Biturici & Bituriges.

Biturici & Biturges populi Galliæ Aquitanicæ, qui teſte Plinio etiam Cubi dicuntur Luc. Et Biturix longiſque leues Axones in aruis.

Bizantium:

Bizantium, Ligos olim. Plin. lib. 4. In quo oppidum Bizantium liberæ Conditionis, antea Ligos dictum, nunc Conſtantinopolis, olim Noua Roma, Ethuſa, Antonia, Vrbs Bizantia à Mantu.

¶ Bizantii, Bizantini, Conſtantinopolitani.

Bœotia.

Bœotia, *Βοιωτία* Græciæ regio. Ogygia, dicta ab antiquiſſimo rege Ogyge, & Cadmeis, vt ſcribit Thucydides, ac Hiantis Aonia prius & Meſapia dicta authore Stephano.

Bœotii

Bœotii, aliter Bœoti Luca lib. 3. Bœoti coiere duces.

Phocæ Phocaici à Phocida propinqua regione.

Hyanthæi à veruſtis Bœotiæ populis Sta. lib. 1. Theb. Exul. Hyantheos inuenit regna per agros: Ouid. lib. 5. Metamo. Fonte Meduſæo, & Hyanthæa Aganippe Teumeſſi à Teumeſo Bœotiæ monte Statius lib. 2. The. Non aliastacita iuuenis Teumeſius iras Mente acuit Theſpiaci à Theſpiis oppido Bœotiæ ad radicem Parnaſſi. Statius lib. 2. Syl. Centum Theſpiacis odora lucis Stent altaria.

Heliconii ab Helicone monte Bœotiæ Muſis ſacro. Statius libro ſeptimo.

Horrent Tyrrhenos Heliconi plectra tumultus.

Cyrrhæa à Cyrrha oppido Phocidis. Idem Statius libro 7. Mænia Cyrrhæa monſtrauit Apollo iuuenca.

Hippocriniſati ab Hyppocrene fonte, vocabulum eſt Sidonii Apollinaris.

Aganippæi, ab Aganippe fonte eiuſdem loci Muſis ſacro.

Aonii & Aonidæ, quoniam Aonia pars eſt Bœotiæ montuoſa.

Caſtalii à fonte Caſtalio.

Bononia.

Bononia Hetruriæ Colonia, mater ſtudiorum. Felcina prius dicta vrbs Felcina Mantuanus. Felcinea tamen vrbe ſenex donatus adibat.

Boreas.

Boreas vide Aquilo.

Brabantia.

Brabantia teſte Blondo Auſtraſia inferior olim vocabatur. Hinc Brabanti, Brabantini, Brabantici, Brabantigenæ quos Aduocatos Cæſar vocat in commentariis.

Briareus.

Briareus ſeu Aegeon gigas fuit centenis manibus.

Buſtsmducis.

Buſcumducis.

Silua ducis.
Ducaria ſylua, nunc, Buſcunducis.
Hinc denominatiua Buſciducentis.
Buſchius, Boſchius, Nemius à nemore, & à ſylua Syluius, quod Latinorum regum fuit cognomentum.
Sylua ducenſis apud Eraſ.

C

Cadmus.

¶ Cadmus rex Phœnicum & filius Agenoris, characteres ſedecim literarum inuenit teſte Plinio. Agenorides Ouid. Sydonius hoſpes. Agenore natus. Antoneius heros.
¶ Caletum, Caleficum, Geſſoriarum, Cales.

Calabria.

Calabria olim Iapygia, Mepſia, Salentina.

Calliſto.

Calliſto Lycaonis regis filia, quæ à Ioue compreſſa grauidaque effecta Arcadem filium in ſyluis peperit, à quo poſtea Arcada dicta eſt. Elice. Pernhaſis. Vrſa maior. Nonacrina virgo. Lycaonias.

Camena. vide *Muſa.*

Canopus.

Canopus vrbs Aegypti, nunc Damiata.

Capitolium.

Capitolium, κεφαλαιον. Mons Tarpeius, ars vel rupes tarpeia. Templum Iulium. Saxum Tarpeium.

Cappadocia.

¶ Cappadocia Ponticæ regio, pſius dicta Leucoſyria, Hinc Cappadoces, Cappadoci & Leucoſyri.

Carteia.

Carteia cuius frequens mentio apud Cæſarem & Opium de bello Hiſpanienſi, oppidum eſt Hiſpaniæ alio Nomine Tarteſius ſeu Carteſius. Carteſios dicitur.

Carthaginenſes.

Carthaginenſes vocantur Tyrij à Tyrijs colonis, quos illuc adduxit Dido poſt Sichei mortem. Virg. vrbs antiqua fuit Tyrii tenuere coloni, Carthago.
Carchedonij Cadmizi, quoniam Tyrij & Phœnices dicenderunt à Cadmo. Sil. lib. 1. Sacri quum perfida pacti Gens Cadmæa ſuper regno certamina mouit.
Aſdrubaliani ab Aſdrubale duce, verbum eſt Sidonii.
Eliſæi ab Eliſa Didone.
Byrſici, quoniam Carthago prius dicebatur Byrſa à Corio, Sydo Spernis Eliſeæ Byrſica tecta domus. Pœni, Punici, Aphri, Aphrici.

Carthago.

Carthago ipſa vocatur Byrſa Carchedos. Syl. lib. 2. Quis procul à Tyria dominos depellere Byrſa Virg. lib. 1. Aenei. Mercatique ſolum facti de nomine Byrſam Claudia, in Eutro Bacchatus per opera tremor Carchedona mouit. καρχηδων. Cadmea.

Caſſandra.

Caſſandra Priami ex Hecuba filia, vates ab Apollineſacta, ſed quoniam promiſſis non ſtetit, iratus Deus fecit vt illius vaticiniis nulla fides adhiberetur. Briſeis & Lyrneſia virgo nuncupata.

Caſtor.

Caſtor.

¶ Caſtor & pollux, Iouis & Lædæ filii. Lædæi dij.
Tyndarei, Amyclæ fratres.
Dioſcori διόσκοροι, id eſt Iouis pueri vocantur. Helenæ fratres.
Oebalidæ gemini, Sta. Ambiguo viſus errore laceſſunt, Oebalidæ gemini.
Tyndaridæ, Tyndari Cygnigenæ.
Therapnæi : Oebalij fratres. Stat. Oebalii fratres pontuſque poluſq; ſerenus. Sidus amiclæum.

Centauri.

Centauri Lapythæ, ſemiuiri, ſemihomines, ſemimares, nubigenæ, Ixionides, Ixione nati, Bimembres.

Cerberus.

¶ Cerberus ianitor inferui, monſtrum triforme, Triceps, Trifaux, tergeminus, Inferus canis, echidnæus, ſtygius, rabidus.
Lachrymoſæ ianitor aulæ.
Tartareus cuſtos.
Ianitor Orci apud Virg.
Triforme monſtrum.
Ditis, auernalis canis inſomnis, impauidus, Perunigil.
Multiceps Belua.
Correpit obiectam cuſtos Plutonius offam.

Ceres.

¶ Ceres dea frugum, Saturni & Opis habebatur filia Alumna terrarum, Demeter δημήτηρ dicta quaſi gemeter. i. terræ mater ac Eleuſina mater, ſpicifica, munifica, ſecunda, flaua, Teſmophora. Ops Cybele Saturni coniux. Berecynthia, Bona dea, Cypria, Cyprigena, Cithera, Acidalia, Paphia, Dionea.
Ceres alma apud Virg. ab alendo, quod nos alat.
Ouid. Et frugum genitrix immenſos fiſte labores.

Chalcis.

Chalcis. Nigropontus. Euboea, nunc Nigroponte vocatur mercatoribus. Hinc Chalcidici. Euboici.

Chalicut.

Chalicut ab alijs Calocutium & Calocuta, Indiæ emporium celeberrimum.

Charon.

Charon fingitur Erebi & Noctis filius.
Acherontis nauta, trientis animas tranſuehens ad inferos. Virg. in 6. Portitor ille Charon hi quos vehit vnda ſepulti.
Stigius ſenex, ſqualidus triſtis.
Aterque paludis nauita Tartareæ.
Omnes expectat auarus portitor.
Cares aliter Bubalij & mulieres.
Bubalides. Oui. li. 9. Bubalides Videre nurus. Et Mauſoli, à Mauſolo rege Carie prius dicti Leliges.

Chiron.

Chirō Saturni & Phillyræ filius, dimidia ſui parte equus, reliqua homo, vnde Centaurus dictus. Phillyrius heros. Semivir. Monſtrum biforme Sagittarius. Aemonius arcus.

Chriſtus.

Chriſtus, id eſt vnctus.
Meſſias. Meſſiah Hebræis
Verbigena. Vnigena.
Sotor. σωτὴρ, id eſt ſaluator ſeu ſeruator, Saluifer, Archiater, ἀρχίατρος Medicorum princeps à D. Hieronymo dictus.
Ἀλεξίκακος. mala quæque pellens. Huic nos nomina dedimus, Chriſtiani, Chriſticolæ, Chriſtiades, chriſtigenæ.

Cicero.

Cicero.

¶ Cicero parens eloquentiæ, & vt Catullus ſcribit Diſertiſſimus Romuli nepotum. Pater eloquij. Pater patriæ, Iuue. Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Et eloquium Arpinatis, id eſt Ciceronianum, Eloquijs damus Arpinatibus aurum.

Circe.

Circe Solis & Perſæ nymphæ filia. Veneficiorum peritiſſima. Phaſis idos Titanis, idos dicta.

Cliuia.

Cliuia. Cleuania.

Colonienſes.

Colonienſes. Agripinates vbiuij.

Conſtantinople, vide *Bizantium.*

Corcyra.

Corcyra, med. prod. Græcè Cercyra κέρκυρα, Inſula mari Adriatico vicina, prius Melena dicta & Drepane à Cerere.

Item Macris, à Macride, & Scheria nec non Phæacia, nunc Cerphu vel corſunium vocatur, ſub Venetorum ditione.

Corinthii.

Corinthij vocatur Corinthei & Corinthiaci: Ouid. lib. 15. Iámq; Corinthiaci carpebam littora ponti.

Cypſelidæ à Cypſelo Ixionis filio. Vir in Cypr. Cypſelidæ magni florentia regna Corinthi.

Ephiræi, & Ephyræij, quoniam Corinthus prius vocabatur Ephyre Luca. lib. 9. inſedit caltris. Ephyreaque mœnia feruat.

Iſthmiaci & Iſthmij ab Iſthmo terra angusta prope Corinthum quæ ſeparat Aegeum mare ab Ionio, Statius lib. 2. Syl. Talis in Iſthmiacos Plorantus ab æquore portus.

Cenchræi à Cenchri portu Stat. li. 4. Theb. It comes, Inoas Ephyte ſolata querelas Ceuchreæque manus.

Cretenſes.

Cretes Cretenſes aliter dicuntur.

Cretei Virgili. 3. Aeneid. Tertia lux claſſem Cretæis ſiſtet in oris.

Creſſij: Idem lib. Quam procul incauta memoria inter Creſſia fixit paſtor, agens telis.

Creſſi: Idem lib. 5. Creſſa genus Pholæ.

Gnoſij à Gnoſo vrbe Cretæ. Vir. lib. 6. Aen. Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna. Gnoſiaci: Ouid. 8. Gnoſiacæq; heret comes inuidioſa carinæ.

Dictæi à Dicta vrbe Cretæ Virg. lib. 3. Aen. Dictea negat tibi Iupiter arua.

Lyctij à Lycto vrbe Cretæ: Virg. lib. 3. Aen. & Salentinos obſedit milite Campos Lyctius Idomeneus, Cydoneæi, Cydonij, Cydones, Cydoniaci à Cydone vrbe, Cretæ: Ouid. lib. 8. Armaque equoſq; habituſque, Cydoneaſque pharetras, Stat. lib. 4. Theb. Terga Cydonica Corythos arundine puſſat.

Ariadnei ab Ariadne Minois filia.

Minoij à Minoe rege: Ouid. in epiſt. Phedræ. En ego nunc ne forte parum Minoida credas.

Androgeonæi ab Androgeo filio Minois.

Gortinij, & Gortiniaci à Gortyna vrbe. Stat. lib 4. Theb. Arbiter hos dura verlat Gortynius vrna.

Dories. *Dorienſes.* Dorij & Dorienſes, quoniam tempore belli Troiani Dorici venerunt in Cretã, duce Althmene, vbiq; decẽ vrbes cõdiderunt

Creta

Creta.

¶ Creta vel Crete, es, insula quæ hodiè Candia appellatur, est sub Venetorum ditione, centum vrbibus olim clara fuit, vnde Græcis vocabatur ἑκατόμπολις Mant. Vrbibus inciyta centum Creta, ideo dicta à Graijs Hecatompolis olim. Vocatur quoque Terra Curetis à Curetibus qui in ea habitarunt. Ouid. lib. 8 Vt egressus ratibus Curetida terram contigit. Gnosia, Gnosica, retea dictea, minoia, actea, cydoneia gortyuiaca tellus.

Terra Gortynis, vocatus etiam Aerea & Macaros: Plin. lib. 4. Male ores Crates primum Aeriam dictam, deinde posteriori Curetim appellauere. Et Macaron nonnulli à temperie cœli appellatam existimauere.

Cupido.

Cupido deus amoris, Puer pharetratus, Cæcus amor. Ignis indomitus. Cypria proles, Veneris natus. Alatus deus. Cæcus. Alipes.

Cumani.

Cumani aliter Cumæi κυμαῖοι, à Cuma oppido Italiæ iuxta Neapolim.

Cybele.

Cybele, Cœli & terræ filia Saturni vxor, aliter vocatur Ops, Dyndimene, Bericynthia, Pales, Gousica, Cymos. Plin. in mari Lygustico est Corsica quam Græci Cyron appellauere.

Carmenta & Carmentis, Nicostrata propriè.

Cyprus.

Cyprus insula à Cypro filia Cyniræ sic dicta. Tellus Veneris quoque appellata. Mant. lib. Veneris tellus pulcherrima Cypros.

Cerastios & Cerastias à multis promontoriis vocabatur prius, ac Amarusia.

Specea quoque & Armantis authore Strabone, ab Armante monte Cypri.

D

Dacia.

¶ Dacia Δακία. Valachia nunc Blachia vocatur, Hinc populi Daci & Dacæ.

Dalmatæ.

Dalmatæ. Dalmatici, Liburni, Illyrii. Vide Illyrici.

Danubius.

¶ Danubius, Ister, Adubanus prius dictus & Mento.

Daphne.

Daphne Penei fluuii filia, quæ cũ vim Apollinis non posset effugere, implorato paterno nomine conuersa est in Laurum, Dicitur Peneis, Peneia virgo.

Dauid.

Dauid, Psaltes sacer, regius, ac egregius, Vates, prophetа regius, sanctissimus Psalmographus, ψαλμῳδός.

Vaticinus rex. Psalmicen sanctus, Cui prima inter satidicos est gloria. Vates. Psalmicus cantor. Filius Isai, quem græci Iessæ vocant hinc Iessæ soboles.

Delos.

Delos Cycladum omnium clarissima in qua Latona Apollinem & Dianã dicitur esse enexa, appellata est Ortygia,

Ortygia, à multitudine Coturnicum: Virg. lib. 3. Æne. Linquimus Ortygiæ portus. Astria, Cynthia, Lagia, Chamydia, Cynethus, & Pyrpile, ab igne ibi reperto. Delphica tellus, Phœbi patria.

Demophoon:

Demophoon Thesides & Thesei filius dictus, fuit rex Athenarum.

Deus.

Deus. Θεὸς.
Numen diuinum.
Spiritus diuinus. Supremus Deus.
Mundi rector, creator, fabricator, κοσμοκράτωρ. Summi domini numen. Θεῖον τὸ.
Diuinitas mundi moderatrix. τὸ θεῖον, θειότης.
Omnipotens. παντοκράτωρ.
Victor lethi, i. mortis.
Verè optimus maximusque. κρίπτος, ἄριστε καὶ μέγιστε Θεὸς, quæ Gentilitas Ioui falso tribuit.
Diuum atque hominum rex.
Maximus cœlicolum.
Cœli terræque rex.
Princeps generis humani.
Verè Panomphæus. παυομφαῖος.
Omnium voce colendus, celebrandus μέγιστε Θεὸς ἀρχηγέτα, summus, diuinus, diuus, cœlestis, immortalis, infinitus, æternus, salutifer, sempiternus, inaccessus.
Empyræus, omnisator, altitonans.
Astripotens, apud Mant.
καρδιογνώστης. Scrutator cordium, inspector pectorum.
δώτωρ ἐάων. Largitor bonorum munificentissimus.
Vindex quoque scelerum & contumaciæ.

Dialectica, vide *Logica.*

Diana.

¶ Diana, Venationis & Syluarum dea. Phœbi soror.
Custos, cultrix nemorum. Delia. Latois, Latonia Triuia Virg. Astrorum decus, memorum Latonia coniux. Phœbe.
Latonigena. Cynthia.
Thoantæa dea, apud Ouid.
Virgo potens nemorum. Casta, inuupta Pharetrata, noctiuaga, salticola, Vide Proserpina.
Studiosa pharetræ, Iaculatrix, venatrix, arcitenens.

Dido.

¶ Dido lingua Phœnicum viraginem sonat, quod se in ignem præcipitando virile quid fecerit.
Elisa dicta, & Phœnissa.
Agenoris. Agenore nata. Sidonis Tyria. Sichæi coniux.

Diomedes.

¶ Diomedes Tydei filius, Græcorum fortissimus, Aetoliæque rex.
Oenides Ouidio dicitur.
Tytides Virgilio.
Aetolius, Chaldonus heros, apud Stat. Vide Tydeus.

Diuini.

¶ Diuini. Diuinaculi. Arioli.
Afflati. ἐνθεοι.
Vates. μάντεις.
Vaticinantes. Fatidici. Magi.
Extispices, Aruspices.
Auspices. Augures.
Geomantes. Pyromantes.
Axiomantes. Diuinatores.
Futurorum præscij.
ἐγγαστρίμυθοι, ἐγγαστρίμαι.
Pythonissæ, Pythonici, quasi Apolline pleni, id est, qui instructu dæmonis futura coniectant. Lesbius, prylis, Curetumos, prouerb.

Dryades.

Dryades

Dryades Nymphæ ſyluarum præſides Hamadryades.

Dyrrachium.

¶ Dyrrachium. Epidamnum. Plin. Epidamnum coloniæ, propter inauſpicatum nomen à Romanis, Dyrrachium appellata.

E

Echo.

Echo. Vox reſona. Nympha vocalis.

Edeſſa.

¶ Ediſſa quæ nunc, Rages Medorum in hiſtoria Thobiæ vocatur.

Eduenſes.

¶ Aduenſes, Hedui, Auguſtudinenſes. Galliæ populi.

Emaus.

¶ Emaus triſyllabum, Iudeæ urbs alio nomine Nicopolis. Caſtellum vbi Chriſtus cognitus eſt in fractione panis.

Epirus.

Epirus, ἤπειρος, ſonat terram firmam ſeu continentem, regio quæ prius Moloſſa dicta, hodie cum maxima Macedoniæ parte vocatur Albania à Chaone Heleni fratre Chaonia, Chaonis terra prius dicta.

Hinc Epirotæ, Epirotici, Leucadij à Leucade promontorio.

Actij & Actaici ab Actio oppido.

Phocæi, Phocaici. Chaonij, Dodonigenæ verbo Sydonij, à Dodona vrbe Caoniæ.

Moloſſi, Pyrrhidæ, quod in ea Pyrrhus olim regnauit.

Epicurus.

Epicurus Athenienſis Philoſophus, Neoclides à Necole patre. Senex Cecropius, Carterius apud Mart. & Stat.

Equus.

¶ Equus troianus, Equus fatalis Duratheus, Dardanius, Epæi machina.

Euridanus.

Eridanus fluuius Italiæ fœcundus, & nobilis, Padus aliter dictus.

Parens, princeps fluminum, Virgilius Fluuiorum rex Eridanus.

Erigone.

Erigone, Icari filia.

Icaris Marathonia virgo.

Eero.

Eero puella formoſiſſima fuit ex feſto Thraciæ vrbe, Veneris ſacerdos Seſta puella dicta ab ortu ioci.

Eſau.

¶ Eſau diſſyl. vel carmine triſyl. alias Edom. & Seir.

Euander.

¶ Euander, Mercurij filius, Nonacrius, ſeu Palantius heros Ouid.

Euboia.

Euboia dicta, ſiue Eubœia, inſula in mari Aegeo oblonga, ideoq; Macris dicta.

Terra aut ora Eubois: Statius in Achilli. Quæritur naualibus ora Eubois. Vide Chalcis quæ Eubœa vrbs olim etiam Eubœæ vocabatur. Hinc Euboici, Capharæi, Abantij, Tanagræi à Tanagryo Euboiæ ciuitate Stat. lib. 9. Prima Tanagræum turbauit arando Corœbum.

Eumenides.

Eumenides furiæ infernales. Acheronis natæ. Nocte genitæ, Viperæ ſorores,

sorores Anguicomæ sorores. Pœnatum deæ triplices, quarum nomina sunt. Alecto. Tisiphone, Megara.

Eupatoria.

¶ Eupatoria Paphlagoniæ ciuitas, Pompeiopolis iam dicitur.

Europa.

Europa tertia pars orbis, ita dicta ab Europa Agenoris Phœnicum regis filia. Agenore nata.

F

Februarius.

Februarius mensis extremus anni, vt Cicero scribit, quod extremo anni mense populus februaretur, id est, purgaretur φεβρυάζειν, & ἀλφιτολοιτᾶν Græcè.

Flandri.

Flandri, Flandicolæ, quos vulgo Flamingos vocant.

Neruij vnde impræsentiarum nomen ciuitatis Aldenardiæ manet.

Morini quoq; dicuntur, licet propriè Terwanenses sint in finibus.

Galliæ Belgicæ versus occidentem. Virg. Extremique hominum Morini.

Florum dea.

Flora. Chloris. Zephyritis. Dea florum. Vxor Zephyri.

Fontes.

Fontes & fluuij Musis sacri. Caballinus fons. Pegaseus fons. Medusæus fons. Aganippe. Hippocrene. Libethreus fons. Pimpleus fons. Phocides lacus. Permessus fluuius Cephisi vada. Eurotas.

Furiæ infernales.

Furiæ infernales.

Furiæ flammiferæ. Diræ. Manes. Eumenides Stigiæ.

Erynnes siue Erynnies anguibus implicitæ.

Numina malefica.

Orci satellitium. Alastores.

Sorores anguicomæ, furentes.

G

Galli.

Galli, Gallicani, Galligenæ.

Gallatæ. Sequanici. Sequanidæ. Franci. Francigenæ. Liligeri.

Ganymedes.

Ganymedes Trois filius formosissimus puer fuit, quem cum Iupiter deperiret, in cœlum ab Aquila portari iussit, & sibi à caliculis esse. Puer Phrigius, Ideus, Pincerna Iouis Dictus.

Garamantes.

Garamantes, γαράμαντες Garamantici Lybiæ populi, matrimoniorum experres.

Arenarij à Mant. vocantur.

Sati Ammone, id est, Ioue. Nigri perusti, inculti.

Gelari.

¶ Geldri. Geldrij. Menapij. Gelrenses.

Genuenses.

¶ Genuenses ac Genuani γενουάτοι, Ligures, Ligustici, & Ligustij. Sidonius. Qui Ligastijs Euganeisq; montibus oriebantur. Assueti malo laborique Ligures.

Gigantes.

Gigantes, fratres Phlegræi, à Phlegra loca Thessaliæ, in qua Gigantes à Ioue fulmine percussi.

Titanes, Titanij, id est, Tirani & Ter-

ræ filii gigantes omnes impii Anguipedes, Serpentigeri. Aenei fratres. Centimani, Mantu. Dii veteres qui Centimanos vicere gigantes.

Ventrimani, Theomachi, apud eundem Iosephus & D. Auguſt. ſcribunt gigantes ex dæmonibus incubis progenitos, quos Terræ filios vocat Moſes.

Glaucus.

Glaucus, Deus marinus, maris numen. Minois filius, hinc dictus Minous Biformis. Dictæus, Porniades & Porniæus.

Gorgon.

¶ Gorgon, Meduſa, Phorcynis, terrifica, anguicoma.

Serpentiferum monſtrum.

Graci.

Græci. Grai.

Mendaciorum parentes Crinito vocantur. Graiugenæ.

Argei: Virgilius in opuſculis: Septima iam Argæis ſtabulis impenſa laboris.

Argiui. Argolici. Dorii.

Dorci. Dorienſes. Pelaſgi.

Pelopæi & Pelopidæ à Pelope filio.

Tantali. Virgilius libro. 2. Aenei. Vltra Aſiam magnam Pelopæa ad mœnia bello Venturam. Statius libro. 10. Ad patrias fuſæ Pelopeides aras.

Hellines. Ἑλλῆνες.

Achillæ & Achillidæ ab Achille.

Argolæ, apud Euripidem.

Achillæi, Achiui, Achaici, Inachi, Inachij, Inachidæ ab Inacho Argiuorum regæ, patre Iſidis. Ouid. libro. 5. Faſt. Littus ad Inachium puluis inanis eã. Stat. lib. 1. Theb. Qua noſtræ cecidere animæ ſtupet Inacha pubes, Idem libro. 5. Lecti-que potentes Inachidæ.

Agamemnonij. Agamemnonidæ ab Agamemnone. Virg. lib. 6. Aenei. At Danaum proceres Agamemnoniæque phalanges.

Acrifionæi ab Aerifio rege Argiuorum Abantis filio: Ouid. lib. 5. Me. Acrifionæas Prætus poſſederat arces.

Abantæi, & Abantiadæ ab Abante Argiuorum rege patre Acriſij: Ouidius lib. 15. Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis.

Thyeſtæi à Thyeſte filio Pelopis.

Mycenæi à Mycenis vrbe. Ouid. in epiſt. Briceides. Nulla Mycenæum ſociaſſe cubilia mecum iuro.

Menelaæi à Menelao filio Atrei Phoronidæ & Phoronæi à Phoronio Inachi filio & Argiuorum rege.

Perſæi à Perſeo Acriſij nepote: Stat. lib. 1. Theb. Perſæus alter in ragos Scinditur. Danai Danaæi. Idem. Tunc ſedet Inachias vrbes, Danaæaque regna.

Dolopeij à Dolopibus Græciæ populis. Valer. Flac. Vidiſſe putant Delopeiaque buſta.

Iacidæ ab Iaſio filio Abantis Argiuorum regis.

Tantalide à Tantalo.

Gracia.

Græcia appellata à Græco qui in ea regnauit primus, à cuius filia vocata eſt Attis: deinde ab Hellene Deucalionis filia dicta fuit Hellas Ἑλλας.

Achaia, Pelaſgia, Dulichia pro Græcia ponuntur & vſurpãtur. Docta, ſolers, fallax, vana, mendax. Iuuena. Et quicquid Græcia mendax. Audet in hiſtoria.

Grammatica.

Grammatica Ars Palemonis ſiue Palemonia, Iuuena. in Saty. Odi hanc ego quæ reperit voluitque Palæmonis artem.

Gratiæ.

Gratiæ. Charites. χάριτες, tres Iouis filiæ, suaues, blandæ blandientes, elegantes. Alcidaliæ sorores.

Orthomeni deæ triplices, vocantur autem Agalia, Thalia. Pasythea vel Euphrosine.

Grues.

Grues, γέρανοι Palamedis aues apud Mart. Aues Histoniæ. Strimoniæ Threiciæ.

Naupliadæ volucres apud Polit. altiuolantes, aereæ, querulæ. Vipiones sunt grues minores.

H

Harpia.

Harpiæ rapaces dæmones, dicuntur autem fuisse Neptuni & terræ filiæ ac in insulis habitare. Virgilius tres esse dicit: Aello. Ocypete & Celano.

Hector.

Hector. Troianorum fortissimus. Priami filius, Priamides, inclytus impiger, belliger, atrox, animosus.

Hecuba.

Hecuba Priami regis vxor.

Priameia coniux, apud Ouid.

Cisseis vocatur Virgilio libro. 7. Cisseis prægnans ignes enixa iugales.

Helena.

Helena, Tyndari regis Laconiæ & Ledæ filia, tantæ venustatis, vt fuerit admirationi cunctis, teste Demetrio Mosco.

Tyndaris Virgilio dicitur.

Oebalis, Oebalia pellex Quidio vocatur ac Menelais vtpote Menelai vxor. Lacedemonia, Ledæa formosa, candida, bis rapta.

Helle.

Helle, es, filia Athamamantis regis Thebarion. Nepheleis Athamantias.

Heraclea.

Heraclea Bosphorana ciuitas olim vocatur Perinthus, Man. quæ magna Perinthus. Ante fuit priscum mutauit Heraclea nomen. Nunc Carpe.

Hercules.

Hercules, ἀρκούλης dicitur quoque Alcides à bellica virtute, & Amphitryoniades, quoniam credebatur filius Amphitryonis, & Amphitryonius puer, apud Mant.

Alcmena matre creatus. Ouid.

Monstrorum, ferarum domitor.

Clauiger gigas, Heros Thebanus.

Dictus Tyrinthius ab vrbe vetusta Achaiæ.

Cleonæus à loco vbi leonem interfecit. Luca. Ille Cleonæi proiecit terga leonis. Proles Iouis.

Oetæus, ὁ τοῦ Οἴτης, ab Oeta monte inter Thessaliam & Macedon. Signum quoq; cœleste Hercules quod Engonasin vocatur, Latinè Ingeniculus. Indomitus, Inuictus.

Hesiodus.

Hesiodus ex Asia Bœotiæ vico oriundus. Hinc dictus Ascræus senex, Virg.

Ascræus, Bœotius, Heliconius vates, Politia. At ibi Dædalios monitus Heliconie vates. Præceptor arandi Ouid.

Hetruria.

Hetruria.

Hetruria, alio nomine Thuſcia & Hetrulcia ac Tyrrhenia. Vmbea quoque Thuſciæ pars. Hinc Vmbri & Vmbrij. Thuſci Etruſci, ac Tyrreni.

Hippodamia.

Hippodamia, Briſæ filia ex oppido Lyrneſio, Briſæis & Lyrneſia virgo dicta.

Hippolitus.

Hippolytus cœlibem ducens vitam, mulieres conſtanti animo ſpernebat. Theſæi & Hippolytæ amazonis fuit filius. Theſeides & Theſeius heros dictus.

Hiſpalis.

Hiſpalis, Beticæ Hiſpaniæ Vrbs clariſſima, cognominata Romulea. ob amicitiæ fœdera cum Romanis ſibilia nunc vulgo dicitur.

Hiſpania.

Hiſpania, *ἰσπανία*, & *ἑσπερία* cuius meminit D. Paulus cap 15. ad Rom. primum dicta Iberia *ἰβηρία* ab Iberio fluuio, dein Heſperia vltima ab Heſpero Atlantis fratre, poſtremo ab Hiſpali Hiſpania, quę quoque tarteſſia tellus dicitur.

Hiſpani.

Hiſpani. Iberi, Iberiaci. Virg Tyrrhenoque boues in flumine lauit Iberos.

Beticolæ & Bætigenæ: Syllius libro 8. Beticulaſque viros ſpatijs agitabat iniquis.

Heſperij Tarteſſi & Tratteſſiaci à Tarteſſo vrbe Gadibus uicina.

Homerus.

Homerus Græcorum poëtarum ſublimiſſimus prius dictus Meleſigenes deinde à cæcitate Homerus, *ὁμηρος* quod cæcum ſonat lingua Ionica, Aliter dicitur Mæonides. Mæonius vates.

Homerus quoque dictus Colophoniatus & Colophonius ab vrbe Mæoniæ Colophone vnde originē traxit, Bap prius & Colophoniacō iunctus Maro ſilget Homero.

Horatius.

Horatius. ab orado ſic dictus, aliter flaccus à pendulis auribus, Venuſinus poëta.

Hungari.

Hungari qui modo. Huni ſeu Hunni Scythiæ populi olim vocabantur Claud. Nam parat inſidias qui non aut turpibus Hunnis.

Pannonij quoque dicuntur, Strab.

Pannoniuſque ferox.

Pannois, idos, apud Luca. idem quod Hungarus, Græci, *παννόνιος*, Hungaros vocant.

Hyades.

Hyades *ὑάδες*, quæ & Suculæ ac Atlantides dicuntur ſeptem ſtellæ in cornibus & ore Tauri quæ quotīes naſcuntur vel occidunt, pluuias ciēant. Triſtes, imbriferi.

Hypermneſtra.

Hypermneſtra vna fuit ex quinquaginta Danai filiabus, quæ (quum ſorores omnes maritos ſuos nocte interfeciſſent iuſſu patris) ſola maritum ſuum Lynceum nomine ab inſidijs liberauit. Danais, & Danai filia appellata.

Hyrcani.

Hyrcani, Caſpij, Aſiatici populi iuxta mare Caſpium.

I

Ianus.

Ianus bifrons inſomnis, peruigil.

Iaſon.

Iaſon filius fuit Æſonis, hinc dictus Æſonides. Ouid. Æſonidem mutaſſe velim quo coniuge fœlix.

Æſone natus. Pegaſeius heros.

Emonius ſeu Æſonius iuuenis vtrũque apud Ouid. Iolciacus heros.

Superbus, periurus, prædo, efferus.

Iazyges.

Iazyges, ſeptem caſtrenſes.

Icarus.

Icarus, Ἰκαρος, Dædali filius.

Dædalides. Dædaleus puer.

Glarea implumiſque vocer, Dedaleúſque puer, audax, temerarius.

Stephano authore Inſula vocatur Icaras, quæ prius vocabatur. Macris.

Icaria.

Icaria, Inſula in mari Icario, Doliche Ichthyœſſa, nunc Nicaria, vna Cycladi.

Ieruſalem.

Ieruſalem. Hieroſolymæ.

Solymæ, & à Melchiſedech conſtructa Salem, Iebus prius dicta.

Elia quoque vocata ab Elio Adriano reparatore & Zion à monte in quo arx Dauid annexa Hieruſalem.

Hinc Hieroſolymæ, Taroſolymitani, Solymi, Gens Solymæ.

Ieſus.

Ieſus, Saluator. Seruator. Soter. σωτὴρ à σώζειν ſaluare, hinc dictus eſt Chriſtus quod cunctis ſalutifer venit. Qui per aſpirationem ſcribuut Ieſus bene ſcribunt eſt enim dictio Hebraica nõ Græca ex Iod, He. Vau, He, Tetragrammaton & ineffabile, pro quo ſemper Adonai pronunciant Hebræi, Forte Græcis ἰαῆς, triſyllabon eſt.

Nazaræus dictus ab oppido Nazareth, in quo habitauit, & ſonat conſacratum, Vide, Chriſtus, & Deus.

Illyrici.

Illyrici. Illirij, Taulantij: Sillius lib. 1: Quaque per Illyricum Taulantius incola littus

Dalmatæ, Sclaui, Sclauones.

Dalmatici, Liburni.

Illyria.

Illyria. Ἰλλυρὶς, Illyris & Illyrium. Liburnia, Dalmatia, nunc Sclauonia.

Inarime.

Inarime, Ænaria, Pythecuſa, authore Plinio. Aenaria à ſtatione nauium Aeneæ. Hodie vocatur Iſchya.

Indi.

Indi, Indici, Gangetici, quod prope Gangem habitent: Lucan. libro 4. Et quas ſentit Arabs. & quas Gangetica tellus. Dicuntur etiam Nyſæi à Nyſa vrbe Indiæ, & Hydaſpei ab Hydaſpe. Sydoni. Frangat Hydaſpæas aries impactus Erithras.

Ardentes, Sitientes, colorati, fuſci, nigri, Eoi, dites.

India.

India, ab Indo fluuio nomen habet, maxima

maxima orientalis regio Asiæ terminus.
Terra Gangetis, Gangetica.
Terra Euphratis.

Infernus.

Infernus. Auernus.
Erebus. Tartarus.
Plutonius Cocytius, Acherusius, Phlegetontius, Stygius, Acherontæus, Læthæus, Ocrius lacus, fluuius, amnis.
Gehenna, Græci scribunt, sine aspiratione mediam.
Orcus Orcæa Charybdis.
Stygia palus.
Interus profundus. imus, mœstus, tristis, ater, piceus, opacus, horridus, auarus.
Auernalis amnis.
Infernalis, Tartareus, Herebus. Reliqua pene ex priore parte Synonimorum, *Hall.*
Inferni iudices.
Æacus. Radamanthus. Minos.

Ino.

Ino, filia Cadmi,
Cadmeis proles.
Nutrix & matercterea Bacchi.

Insubria.

Insubria, regio Cisalpina, quæ Togata quoq; dicitur, nũc vero a Longobardis qui ducentis eam annis occuparunt Lombardia vocatur, cuius Metropolis est Mediolanum. Hinc Insubres. *Ἰνσυβρες*, populi Cisalpinæ Galliæ.

Io.

Io Inachi fluuij filia: Inachis Inachia proles. Phoronis, idos:
Bos Pellæa.

Ioppe

Ioppe *Ἰοππη*, vrbs Palestinæ moritimę. D. Petri miraculo clara, omniũ ciuitatum antiquissima, vt pote ante diluuium condita, teste Plinio. Nunc vocatur Iaphe portus peregrinorum a Iapheth filio Noha.

Ioseph.

Ioseph Vir Mariæ virginis, vt est apud Matheum in genealogia saluatoris.
Nutricius Domini.
Fatidicus Iuuenis. Mant.
Multiplices casus & longa pericula cernat, Fatidici iuuenis: Canamæus. Castus, formosus.

Iphigenia.

Iphigenia, Iphianassa. Lucretius.
Iphianassæo turparunt sanguine Fœdæ.
Mycenis. Ouid vocatur lib. 12. Metamorph.
Agamemnonia puella, Propert.
Pelopeia virgo.

Iris.

Iris, *ἰερ.* Arcus cœlestis.
Iunonis nuncia.
Pluuius describitur arcus, apud Horat. Multicolor, purpureus, nubilus nymbosus, imbrifer, arcus discolor picturatus, aquosus.
Thamantias. Thaumantis proles.
Thaumantica virgo.

Ismaelitæ.

Ismaelitæ, ab Ismaele filio Agar, ancillæ Abrahæ. quos Moyses Madianitas vocat. Euseb. Agarenos seu Saracenos.

Ister Scythiæ fluuius vide *Danubius.*

Italia.

Italia, Hesperia maior. ab Hespe-

ro Atlantis frater.

Oenotria ab Oenotro rege Sabinorum. Virgil. Est locus Hesperiam Graij cognomine dicunt, Oenotrij coluere viri, nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Idem. Hinc Italæ gentes omnisq; Oenotria tellus in dubijs responsa ferunt.

Latium, quod ibidem Saturnus latuerit: Virg. lib. 8. Latiumque vocari maluit, his quoniam latuisse tutus in oris.

Saturnia à Saturno: Ouid. lib. 1. Fast. Inde diu genti manfit Saturnia nomen.

Terra Ausonis & Ausonia ab Ausone Vlyssis filio: Ouid. lib. 2 Fastor. Capeaque erat lyricis Ausonis ora sopis.

Itala terra seu ora Italis. Ouid. lib. 2. de ponto, Mœstisque cadentes. Excepit lachrymas Italis ora genis.

Ausonium solum.

Romana, Romula, Itala tellus.

Magna Græcia Italiæ pars, à Tarento vsque ad Cumas olim vocabatur. Ouid in Fast. Itala nam tellus Græcia maior erat.

Terrarum alumna, vrbibus frequens, populosa, antiqua, potens, fertilis grauida, bellis.

Itali.

Itali, Italidæ, Italici. Ouid. lib. 14. Lictore in Italico Messenia mœnia contra, Latini.

Laurentes. Lauinij, Laurenti Tyrrheni Laurenti, Latiales.

Ausones. Ausonij. Ausonidæ. Luca. lib 9. Grata vice mœnia redden: Ausonidæ Phrygibus.

Iudei.

Iudæi, Iudaici, Hebræi, Apellæ. Gens recutita. Palestini, circumcisi. Vide Synonima priora. *Ievv.*

Iudæa.

Iudæa, olim Palestina & Chananea vocabatur.

Iuliomagus.

Iuliomagus, Andium ciuitas in Gallia, nunc Andegauia. Angiers.

Iulus, vide *Ascanius.*

Iulius mẽsis, vide *Quintilis.*

Iuno.

Iuno Saturni fingitur filia, soror & coniux Iouis, quæ nubentibus & parientibus dicitur præesse, vnde vocatur Pronuba. Lucina, & Coniuga, ac Socigena quod mares connubio fœminis socier.

Saturnia, Iuno. Virg. Regia, Scetifera. Regina deûm. Iouis coniux.

Iuppiter.

Iuppiter quasi iuuans pater, Saturni filius, Deorum summus cœlo præesse, ibidemque pulso fulminare fingitur.

Dictus Pater omnipotens.

Diespeter. i. diei pater, ab Horat.

Lucetius, i. lucis pater, à Gel.

Saturnigena, à Mant.

Aegiochus, nutritus à capra.

Diuum atque hominum rex à poëtis fingitur Astripotens, altisonus.

Hammon corniger. Panomphæus.

Altitonans Magnitonans. Omnipotens. Saturnius. Dodonæus.

Cenæus. Summus deorum. Rector Olympi. Rex superûm.

Æthereus princeps. Pater æthereus, septifer, coruscus, fulminator.

A diuersis locis vbi colebatur diuersa habet nomina, Dictæus, Olympius, Olympicus, Idæus, Casius. Choani-

Chaonius, Latialis, Auſonius, Capitolinus, Pharius, Ammonius, i. Arenarius à Templo illi in arena conſtructo.

Iuuenalis.

Iuuenalis Satyrographus.

Poëta, Vates Aquinas, quæ illi patria fuit. Ponta. Hinc rugat Aquinas triſte ſupercilium.

L

Lacedæmon & Lacedæmones.

Lacedæmon vrbs Peloponenſi alio nomine Sparta. Dicitur etiam per Syncopen Lacon pro Lacedæmon.

Lacedæmones. Lacedæmonij.

Tyndarei à Tyndaro rege Oebaliæ, & Helenæ patre: vnde & Syllius Tarentum vocat Tyndarium.

Spartani, Spartæ.

Spartiatæ: Sidonius. Spartiatæ rupium variatarum poſuêre cruſtas.

Laconia.

Laconia prouincia in Peloponneſo, aliter vocatur Oebalia & Tænaris à Tenaro promontorio: Ouid. Tænaris eſt claſſi terra petita meæ. Idem. Excepit portu Tenaris ora ſuo.

Lacones.

Lacones, λάκωνες penul. prod. ſeu Laconici vocantur Oebalij & Oebalidæ: Quidius lib. primo Faſt. Protinus Oebalij rettulit arma Tati, Statius libro quinto Theb. Ambiguo viſus errore laceſſunt Oebalidæ gemini.

Therapnei à Therapnis vrbe Laconiæ, patria Helenæ. Ouid. lib. 5. Faſtorum. Prima Thera pnæo feci de ſanguine florem.

Tænarij & Tenaridæ à Tænaro promontorio.

Laodamia.

Laodamia Bellerophontis ex Achæmone coniuge fuit filia, quę à Diana telis fuit confixa. Eſt & alia Laodamia Acaſti & Laodotheæ filia, quæ maritum ſuum Protheſilaum tenerrimè amauit: hæc Achaſtis & Achaſti filia dicta eſt.

Lapithæ.

Lapithæ Theſſaliæ populi λαπίθαι Centaurei vocantur, Vir. Nec Centaureos Lapithas compellit in enſes. Peletronij quoque dicti, Sylueſtres, ſemiferi, ſæui, truces.

Latinus.

Latinus Laurentium rex, pater fuit Lauiniæ.

Faunigena, filius Fauni dictus, Ouid.

Faunigenaque domo potitur, nataq; Latini.

Auſonius ſenex alijs dicitur. Hinc. Latini, Faunigenæ vocantur Syl. li. 8 Faunigenæ ſociobella inuaſere Sicano.

Latona.

Latona filia Cei Titanis à quo Titanis dicta, Ouid. Quique modo audetis genitam Titanida Ceo Latonam præferre mihi? filia terræ.

Gemellipara & Calauria dicta, Ouid.

Lauinium.

Lauinium vrbs in Latio, quæ poſt Laurentium dicta, & Laurolauinium.

Leander.

Leander Abydenus dictus ab oppido Abydo Aſiæ, in littore Helleſponti, in quo natus erat.

Leucothoe.

Leucothoe Orchami Babyloniæ regis filia, in arborem thuriferam conuersa, Orchanis & Arbor Thurifera appellata est.

Lybia.

Libya Λιβύη, & Libye, es, Africæ pars in pentapoli, & pro tota Aphrica ponitur poëtis Luca. lib. 1. Per ca lidas Libyæ sitientis arenas.

Terra Libyssa, Terreque in fine Libyssæ.

Libyci.

Libyci. Libyssini, Marmatici à Marmarica regione Africæ. Syllius lib. 1. Marmaricis ales populis responsa canebat.

Nasamonij & Nasamoniaci à Nasamonibus populis Libyæ.

Licij Patarei.

Licij Patarei quoniam parata est vrbs. Liciæ. Stati. libro. 1. Theb. Seu te Liciæ Patarea niuosis Exercent dumeta iugis.

Liguria.

Liguria, à Ligusto Phaëtontis filio nomen habens Italiæ est regio, quæ quoque vocatur.

Ligustica ora seu regio, cuius caput Genua, ostium maris Ligustici.

Ligures, vide *Genuenses.*

Lipara.

Lipara insula, prius Melegunis vocabatur, autore Pli. lib. 3. cap. 8.

Liuius.

Liuius historiographus, Patauinus lacteo eloquentiæ fonte manans. vt scribit D. Hieco.

Antenorides dictus est à patria sua quam Antenor condidit.

Locrenses.

Locrenses. Hesperij. Ozolæ. ὀζόλαι. Locri. Locrij.

Locridis populi.

Logica.

Logica seu Logice differendi vt ait Boëthius magistra, à Zenone Philosopho, qui Eleates erat, Eleatica doctrina dicitur, Philosophia Eleatica ἐλεατικὴ, disputandi, differendi ars.

Lotharingia.

Lotharingia, Austrasia superior eadē Loreynem, & Lotharingi olim Leuci vocabantur.

Londinium.

Londinium. Londinum Ptolomeo, Londra vulgo vocatur, Britanniæ insulæ metropolis per quam fluit Thamysis fluuius.

Lucifer.

Lucifer Veneris stella Phosphorus φωσφόρος.

Stella matutinalis, lucifera.

Cytherein ignis. Syl. lib. 12.

Haud secus Oceano rediens Cytherein ignis.

Prætuius, socius auroræ.

Lucanus.

Lucanus, Poëta Hispanus, patrem habuit Annæum, à quo dictus vates Annæus. Vnde quidam, Cæsaris Annæus caneret nisi prælia vates.

Lucani.

Lucani. Tanagræi à Tanagro fluuio Lucaniæ. Statius Tanagreumque Phalantum.

Luna,

Luna, vide Moone *in priori parte, & Proſerpina, & Diana.*

Lutetia.

Lutetia, Galliæ vrbs maxima & nobiliſſima, ab alijs Leucotia ſcribitur, quam Græci λευκοτίαν nominant ab albedine parietum vulgo Paris. Vnde quidam. Quæ Gallas inter populoſa Lutetia gentes. Nonnulli à luti frequentia ſic appellatam volunt. Oppidum Parriſienſe.

Parriſius pro ciuitate apud doctos non inuenitur, ſed à Parrhiſij pro populis Lutetiam inhabitantibus, apud Cæſarem in comment.

Parrhuſienſes, Sequanæ occolæ.

Lydda.

Lydda paleſtinæ luceæ vrbs, alio nomine Dioſpolis, hodie Rama vocatur.

Lydi & Lydia.

Lydi ſeu Lydij populi maioris Aſiæ, aliter vocãtur Mæonij, Mæones, & Meonidæ: Virg. libro 8. O Mæonię delecta iuuentus.

Item Mæonici.

Gygei à Gyge, rege vt Crœſij à Crœſo ditiſſimo Lydorum rege: Statius lib. 12. Si Marathona metu, ſi tecta leuaſti Crœſia.

Lydia vocabatur prius Mæonia, eſt enim prouincia Aſiæ à Lydo filio Atys ſic dicta.

M

Macedones.

Macedones. Maceræ.

Pallenæi, à Pallene vrbe, quæ olim Phlegra dicta fuit, Vbi geſta eſt Gigantomachia. Statius lib. 4. Syl. Et Pallenæos Phœbum laudate triumphos.

Pæones quoque dicuntur à Pæonia regione. Statius lib. Achill. Præterijt didici quo Pæones arma rotatu.

Macedonia.

Macedonia. Pæonia.

Æmathia idem, teſte Plinio.

Mænades.

Mænades, Mimallones, Mimalloniades, nec non & Bacchæ, Bacchides, Thyades, fœminæ Bacchantes, Bacchi ſacra peragentes, inſanæ, Ebrioſæ, Baſſarides, Eleides. Edoniæ, Edonides, Enthriades, vide Bacchæ.

Mahometiſtæ.

Mahometiſtæ. Mahometani. Mahometici. Mahometigenæ. Mahometis falſi propheiæ legem ſequentes.

Turci ſeu Turcæ teſte Pomponio.

Mantua.

Mantua. μαντύα.

Vrbs nobiliſſima & Ducatus Galliæ Ciſalpinæ. Ociniaca.

Vrbs Tyreſiæ dicitur Mant.

Vrbs Bianoris. Virg. Præpotens, aquatica, turrigera, vetus.

Mantuani.

Mantuani ſeu Mantoi dicti ſunt à Manto Tyreſiæ filia.

Bianorei & Bianoride à Bianore Mãtus filio, qui aliter vocatur Ocnus. Virg. in Buc. Namque ſepulchrum incipit apparare Bianoris, Pontanus in Manto. Quippe Bianoream manet hæc victoria gentem. Ocnæi nepotes.

Ocnæi ab Ocno Mantus filio. Stroza filius. Orbita ab Ocnæis euexit ad astra lacunis.

Minciadæ & Mincigenæ à Mincio fluuio propinquo: Pontanus. Vos ô Minciadæ vos ô mihi manes, este boni.

Mare rubrum.

Mare rubrum. Erythræum mare. Sinus Arabicus.

¶ Mare Galileæ, Mare vel lacus Tiberiadis, qui Hebraicè vocatur Cinereth, à Chaldæis Genezareth dicitur.

¶ Mare Adriaticum, & Adrianum. Adria masculini generis.

Superum mare.

Sinus Adriaticus, raucus, minax, tumidus, ventosus, Iracundus, *Vide Sea.*

Maria.

Maria, sacratissima virgo, Dei mater.

Μαριὰμ Græcè, Miriam Hebraicè dissylabum est, domina vel magistra maris interpretatur.

Deipara. Θεοτόκος.

Dei genitrix, Christifera.

Verbigena, Iessæa soboles, gloriosa domina.

Deisera.

Nympha Palestina Mant.

Cælica, Ætherea virgo.

Iuculpata integra, sancta, casta.

Diua, augusta, pia, aurea, iunupta, innuba virgo.

Syderei mater formosa tonantis.

Petrar. Virgo decens, quam sol vestit stelleque coronant.

Virgo illibata, intacta, inuiolata, immaculata, intemerata, purissima, pudicissima, castissima, speciosissima, ter sancta, spiritus sancti sacrarium, templum domini.

Mater domini, Christi.

Mars.

Mars, deus belli, qui per Epentheſin dicitur Poëtis Mauors, quod magna vertat. Furor impius.

Præterea Gradiuus, quum sæuit, hastamque vibrat. Bellipotens.

Sithonius dux, cruentus, funestus, armisonus, Belliger. Bellicus. Ferus. ferox Sanguinolentus. Cruentus. Sæuus. Durus. Dubius. Indomitus.

Marspiter, id est, Martis pater, pro eodem ponitur.

Medea.

Medea. μήδεια, Ætæ, regis Colchorum filia veneficijs clara.

Poetis vocatur Aetias, Aetis, dis, apud Ouidium.

Item Colchis pro Medea ponitur sicut, Phasias & Phasis, Ouid. Barbara per natos Phasias vlta suos.

Mediolanenſes.

Mediolanij, μεδιολάνιοι Mediolanenses Insubres.

Huius ciuitatis (vt legitur in quadam Ambrosij epist.) fundamentis iaciendis dum exacuantur fossæ, ferũt in terræ visceribus inuentam fuisse mirum dictu) suem dimidiatim lanatam, à quo portento inditum sit, Mediolanæ vrbi nomen. Ad quod allusit Claudianus de nuptijs Honorij & Mariæ scribens: Continuo sublime volans ad mœnia Gallis Condita, Lanigeræ suis ollẽtantia pellem peruenit. Item Sidonius Rura paludicolę, tenuis populosa Rauennę. Et quæ lanigero de sue nomen habet.

Meduſa.

Meduſa, filia fuit Phorci, Hinc dicta Phorcinis & Phorcys, id est, Phorcy filia. Luca. lib. 9.

Squallebant latè Phorcynidos arua Meduſæ monstrum vipereum.

Saxifi-

Saxificus vultus. Anguiferum, colubiferum, gorgoneum caput. Anguicoma, Squamigera, Crinita, Medusea ora.
Gorgonea, anguitenens, vide Gorgon.

Meleager.

Meleager & Meleagrus, Oenæi Calidoni regis filius, ex Althea coniuge.
Oenides Calydonius heros. Oeneius heros appellatus.

Memphis.

Memphis quæ olim vocabatur Aegypti metropolis clarissima. Sultani quoque regia nunc Cairum dicitur Latine, Aklara vulgo Nilotica Babilonia, fatidica, torrida.

Menelaus.

¶ Menelaus, filius fuit Atrei, frater Agmemnonis, maritus Helenæ rex Spartæ.
Atrides maior dictus Ouid Quapriusinfecto Paris est ereptus Atridæ.
Doricus hospes vocatur Sidonio.
Tantalides, ab auo Tantalo vt Agamemnon. vide Agamemnon.

Mercurius.

Mercurius, filius fuit Iouis & Maiæ fingitur Deorum nuncius ac interpres, ob hoc Hermes dictus.
Maia genitus, creatus, natus.
Maiugena, Cyllenides, Cyllenius.
Cyllenia proles. Virg. Materno veniens ab auo Cyllenia proles.
Volucer deus, aliger, penniger.
Caduciser, Pacifer, Alipes deus, Ioue natus. Deus ales Pleiones natus. Pacifer deus, nepos Atlantis.
Ales Mænalius. Est quo quo planetarum infimus & minimus, alio nomine Stilbon στίλβων, id est radians vel splendens.
Et quia nimis vicinus Soli fingitur perustus.

Messana.

¶ Messana, Zancle quod falcis formam referat sic dicta, Nunc Messina vulgo dicitur, Siciliæ ciuitas vetustissima.

Metis.

Metis in Lotharingia alio nomine. Diuodurum. Mediomatrices incolæ, qui & Mereuses.

Midas.

Midas Phrygum rex ditissimus, cui * Apollo asininas addidit aures.
Berecynthius heros.

Miletus.

Miletus vrbs Ioniæ Legeis. Pityusa. Anactoria authore Plin.

Minerua.

Minerua, sic dicta quod vim minetur ex Iouis seu patris cerebro nata, vt scribit Lucanus.
Lanificij & texturæ nec non artium & sapientiæ repertrix.
Dea quoque bellorum fingitur.
Martis soror & auriga truculenta, Belligera, ferox.

Minos.

Minos filius Iouis & Europæ, rex Cretensiũ, fingitur iudex inferorũ post mortem. Propert. Non tamen immerito Minos sedet arbiter Orci.
Agenoreus iudex, apud Stat.
Gortyneus herus, apud Virg.
Dictæus, Gnosiacus rex.
Cydoniacus arbitrer, iudex toruus, funereus, rigidus, immitis, seuerus, iustus.

Molossi.

¶ Molossi Epirotici, Chaonij. Leucadij, vide Epirus Epirotæ.

Morpheus.

Morpheus somniorum deus.
Icelos. Panthasos. Phobetor. Somnifer. Fallax-Simulans.

Montes Musis sacri.

Montes Musis sacri.
Helicon biceps. Parnassus bifidus.
Picrus nubifer. Cytheron virgineus.
Pindus aereus.

Moschi,

Moschi. Moscouitæ, olim dicti Hamaxobitæ, Sarmatis vicini populi Vnde Luca. Sæuisque amnis Sarmata Moschis.

Moses.

Moses dissyllabum, apud Hebræos Mosch, interposito y nonnunquam in carmine ttisyl. Moyses, apud Sedul.
Hebraicus legislator, qui Genesin, mundi genituram conscripsit.
Inclytus Iudæorum dux.
Propheta sacer, eximius, deiloquus, fatidicus, radiatus.

Musa.

Musæ, μῶσαι, quæ & Camænæ quasi canentes a mœnè, Iouis & Memoriæ filiç finguntur Poëtis. quæ qui dem deæ & poetis musicæ præsint. Et à diuersis locis, montibus, & fontibus quibus gaudere dicuntur vel habitasse, diuersa sortitæ sunt nomina. Ab Helicone monte Boëotiæ Heliconides à Parnasso Parnasides.
Mnemosynides Mnemosinea propago. Meonides. Phœbiades. Aganippedes. Permessides. Cephisides Camenæ.
Pieriæ & Pierides, Thespiades. Pegasides, Hippocrenides, Cytheriades, Aonides Castalides, Libethrydes, Pympliades seu Pympleæ.

Nomina & earum inuenta sunt hæc.

Clio.	Historias.
Euterpe	Tibias.
Thalia	Comœdias.
Melpomene	Tragœdias.
Therpsicore *Iuuenis*	Psalterium.
Eratho	Geometriã.
Polyhymnia	Rhetoricam.
Vrania	Astrologiã.
Calliope.	Literas.

Mysii.

Mysij. Theutratæi. Theutranij.

N

Napeæ.

Napeæ deæ siue nymphæ virgultorũ.
Orcades montium deæ seu nymphæ
Naiades fontium & fluuiorum nymphæ siue deæ.

Nasamones.

¶ Nasomones penult. prod. Nasamonij. Nasamoniaci, Libiæ populi.

Naxus.

Naxus insula in mari Ægæo, antea Strongyle dicta, & postea Dia fuit appellata. Catullus: Namque fluentisono prospectans littora Diæ. Plinius Naxon à fertilitate vinearum Dionysiam dici scripsit, alij Siciliam minorem, alij Callipolin appellarunt: Virgilius. Bacchatamque iugis Naxon viridemque Donysan.

Neapolis.

Neapolis, ad mare sita, præclara Campaniæ vrbs à Cumanis condita.

Si-

Siciliæ continentis iam ciuitas regia, dicta quoque Parthenope, quæ olim vocabatur Phaleron. Hinc dicti Neopolitani, & Parthenopæi.

Neptunus.

Neptunus filius Opis & Saturni, dictus Eunosigæus quasi concutiens terram. Iuuen. Ipsum compedibue qui vinxerat Eunosigæum.
Æquoreus, tridentifer deus.
Maris deus, rex, rector Glaucus. pater profundi. Parens aquarum, Hesio. Salsipotens. Cæruleus.
Arbiter pelagi. Pater ventorum Horat. Pelagi rector.
Rex vndarum pro mari ponitur Neptunus vt Cærulei campi & Cerula via à Plauto ponitur. Cic. in Arato, Neptunia prata secantes.

Nestor.

Nestor Nelei filius facundissimus, trecentos fertur vixisse annos.
Hinc dictus Neleius tetrasyl. & Nelides. Ter æuo fructus, Horat.
Trissecli sa pud Gellium: Pilius senex Grandæuus.

Nicia.

Nicia & Nicæa, Asiæ ac Bithiniæ metropolis celebris synodo. 318. Episcoporum iubête Constantino coacta, prius dicta Antigonia & Ancore. ἀγκύρη, teste Ste.

Nilus.

¶ Nilus, Meloprius, & à quibusdam Gæon seu Gion dicitur, septem habens ostia.

Niniue.

Niuiue med correp. Vrbs assyriorum quæ & Ninos dicitur á Nino rege, vt scribit August. ab Assur ædificata.

Noe.

Neo, Hebraice, Nohe. Vitisator, Noeus.

Normania.

¶ Normania, Neustria, Galliæ regio hinc Normani. Neustrici

Nymphæ.

Nymphæ. Aquarum, Marinæ deæ Æquoreæ, fluctigenæ, Oceanitides.
Cerulæ Ceruleæ.
Glaucæ, Nereiæ quatuor sylla.
Nereia tuba. Sil. Nerinæ Detides.

O

Oceanitides.

Oceanitides Mant. Nereides. vide montium. syluarum, fontium, deæ.

Occidentales.

Occidentales. Occidui. Ouid.
Vesper & Occidnũ quæ littora Sole tepescunt. Tartessij à Tartesso vrbe Gadibus propinqua.
Ouid li. 14. pretterat Occiduus.
Tartessa littora Phœbus.
Tartessiaci. lib. 6. Iam. Tartessiaco quos soluerat equore Titan.
Hesperij.

Oeno.

Oenoe Nympha, Phrygiæ, quæ Paridem adamauit. Pegasis etiam dicta.

Opiuchus.

Opiuchus cæleste sydus est. Anguitenens. Serpentarius. Hedorum sydus.

Orestes.

Orestes filius fuit Agamemnonis ex Clytemnestra quam occidit.
Dictus Agamemnonides, Agamemnonis, & Agamemnone natus,
Sceleratus, matricida demẽs, furiosus. Virg. Et scelerum furijs agitatus Orestes.

Orientales.

Ori-

Otientales. Eoi Aurorę populi.
Memnonij à Memnone Auroræ filio.
Nabathęi à Nabathea regione orientali, Ouid.lib. 1. Mera. Eurus ad auroram, Na bathçaque regna recessit

1 Orion.

Orion ὠρίων quasi Vrion sydus cœleste Iupule seu Iugla.
Tempestuosum signum, terras turbans & maria tempestatibus, si obscurum sit, serentatem denotans si fulgeat.
Burifer fingitur poet is nymbosus. aquosus. Neptunus, & nautis infestus, Orion Horat.
¶ Oriens, Occidens, quere inter Synonyma priora, *East and VVest.*

Ouidius.

Ouidius. Naso.
Poëta Sulmonensis.
Iuuenis pelignus. De seipso scribit Ouid, Pelignæ gentis gloria dicar ego.

P

Padua.

Padua. Patauium.

Padus.

¶ Padus Eridanus. Phaetontius amnis à Phaetonte ibidem submerso: Syllius lib. 7. Nunquam Phaetontius amnis Sanguinea Pontum cur uasset decolor vnda. Vide Eridanus.

Paduſa.

Paduſa med. prod. Messanicus.
Bodincus. Vide causam horum nominum apud Plin lib. 3. cap. 121

Palamades.

Palamides. Nauplij regis Euboeæ filius vnde Naupliades & Naupleia proles dictus. Is Vlyssis fraude à Græcis interfectus est.

Palemon.

Palemon, Melicerta. Portunus.

Pallas.

Pallas belli dea dicta, quod Pallentę gygantem interfecerit, cum prius Tritonia vocaretur, Iouis sine matre filia. nam Iupiter videns Iunonem sterilem esse, percusso capite emisit Palladem.
Eius Epitheta sunt, Armi potens, Bellipotens, Armifera, Belli cosa, Armisona, Bellica, Belligera, Bellatrix.

Pan.

Pan pastorum deus vocatus est, & Demo Gorgonis filius creditur fuisse, qui fistulam composuit septem imparibus calamis simul coniunctis propter harmoniam cœli.
Semicaper deus Arcadicus deus.

Pannonia.

Pannonia superior, Austriam archiducatum & Stiriam complectitur.
Pannonia inferior, Pannonis nunc Hungaria Græcis παιονία.

Panope,

Panope siue Panopeia nympha marina, Nerei & Doritis filia, sic dicta à perspicuitate visus, Inuoo, oos, Bacchi nutrix, Tithonis coniux.

Papia.

Papia. Ticinum.

Paradiſus.

Paradisus. παράδεισος.
Hortus voluptatis:
Elisium, & campi Elisij, secundum poetam.
Locus diuinæ amœnitatis.

Beato-

Beatorum, piorum ſedes ac locus, Ci.

Eden & Pardis Hebriacè, vnde quidã paradiſum deduci putant. Nam Eden deliciæ vel voluptas interpretatur, pro quo Symmachus tranſtulit Paradiſum floretem. Aquila, hortum.

Parcæ.

Parcæ, τοῦ ἔχει, à parcendo per Antiphraſin dictæ, quod nemini parcãt.

Deæ fataſes, fatidicæ, Faticinæ ſorores. Deæ faticanæ, Deæ triplices fati. Fata eſſe eaſdem exiſtimant. finguntur autem vitæ hominũ præeſſe, & nendo eam ducere, quapropter Laniſicæ ſorores vocantur. Mar. Si mihi Laniſicæ ducunt non pulla ſorores Stamina, nec ſurdos vox habet iſta deos.

Nigræ, Stygiæ, immites, ſeuerç, inuidæ, triſtes. ſorores, rapaces, feræ, impiæ. Parcæ.

Parcarum nomina, Clotho, Lacheſis, Atropos.

Paris.

Paris alio nomine Alexander Priami ex Hecuba filius, In Ida monte à paſtoribus educatus, & poſtea in Græciam miſſus à Menelao, Helenam rapuit, vnde Helenæ raptor Paſtor & Adulter Idæus eſt dictus

Parthi.

Parthi. Parthij, Parthiæi.

πάρθοι, πάρθιοι, παρθιαῖοι, populi cuiuſdam regionis Aſſyriæ.

Patroclus.

Patroclus Mæneti & Scheneles filius cum Achille educatus & cum eo ad expeditionem Troianam profectus, & Achillis armis indutus cum Hectore pugnans ab eodem confoſſus occubuit Actorides Menetiades & Menetia proles dictus.

Paulus.

Paulus, teſte D. Hiero mirabilem ſonat, ab Hebræis etymologiam mutuatus. Si Græca vox, quietem ſonat, à verbo παύομαι, ſin Romana, puſillum ſignificat.

Doctor Thaſenſis, quod ex Thaſo Ciliciæ oriundus.

Apoſtolus, ſeu doctor gentium.

Summus vitæ mortalium magiſter.

Organum electum. Vas electionis ſacræ. Veritatis præco.

Sapiens fidei architectus.

Salus dictus ante conuerſionem.

Regionis veræ ac pietatis architectus.

Peloponneſus.

Peloponneſus, quaſi Pelopis inſula eſt. Achaiæ regio, Apia prius appellata, Arx Helladis, ac Atgos, nũc vero Morea.

Penepole.

Penelope, πηνελόπη, Vlyſſis vxor & Icarii filia, hinc dicta Icaris, idos Ouid Et velut Icaridos ſamulæ peririere, procique, & Icariotis, apud Propert. incorruptæ caſtitatis ac pudicitiæ.

Arnea prius vocabatur.

Pentheus.

Pentheus., triſyl. fuit filius Eccionis regis Shebarum, ob contemptum ſacrorũ Bacchi à matre intrfectus.

Echionides à patre denominatus Ouid. Spernit Echionides, & alibi. Contemptor ſuperum pentheus; Echoine natus. Agauæia proles.

Perſeus.

Perſeus diſſyl. in nominatiuo, fingitur conuerſo in auri guttam Ioue, Natus ex Danae filia Acriſii regis Argiuorum. Hinc dictus Danaes natus. Abannades.

Danaei

Danaeia propago, Mant.
Danaeius heros, Ouid.
Stenobius, Abantius heros, Sid.
Inachides, & Inachius, Claud.
Inachius rubro perhibetur æquore Perſeus Neptuni.
Acriſioniades dictus ab auo Acriſio Argiuorum rege. Ouid. & Meduſę victor.

Perſia.

Perſia, Perſis, idos. ἐθνικὸν, & Perſida, e.
Perſidis ora, regio orientalis Medis contermina, cuius primus rex Cyrus. Man. Perſidis ora diuitibus gemmis fuluóque ſuperbiat auro.

Perſæ.

Perſæ. Perſici, dicuntur Gazetici: nam gaza Perſarum eſt opulentia: Sid. Viua mihi non ſunt Gazetica, Chia Falerna.
Perſæ etiam dicuntur Achæmenei & Achæmenidæ ab Achæmene rege Perſarum ditiſſimo.
Arſacidæ quoque dicti, ab Arſace primo Perſarum rege. Luca. lib. 1. Illa plus vobis acie quam creditis actum eſt Arſacidæ.
Mantuanus: Pellea iuuentus. Arſacidas expugnat adhuc.

Peſtum.

Peſtum Lucaniæ oppidum aliter dictum Poſſidonia, author Plin.

Petrus.

Petrus, primus ſeu princeps Apoſtolorum, Chori duodeni primas. Cephas Chaldaicè ſiue Syriacè vt D. vult Hiſ. à Cepha. id eſt. Petra, vel ſaxum qui prius vocabatur Bariona, id eſt filius Ionæ ſiue columbæ ac Simon.
Clauiger ætherius, cæleſtis, ſenex.
Sabel. Clauigerum ſenem.
Hamiger id eſt piſcator. Porrigi, thamigeri defore penſa ſenis.

Phaſiana.

Phaſianæ, Phaſidis aues à Phaſi fluuio Colchorum.
Phaſiaci alites.
Phaſiæ, Scythiæ volucres, apud Iuue. & Sta. A Scythico maſſas Phaſide captat aues.

Phaeton.

Phaeton Solis & Clymenes fingitur filius Ouid. Sole ſatus Phaeton.
Puer ſeu filius Clymenes, Bap. Non ſecus ac Clymenes erret in axe puer. Clymeneia proles, Ouid.
Deuius, infœlix, audax, temerarius.

Phaetontiades.

Phaetontiades ſorores Phaetontis quas verſas in populos ſeu alnos ferunt, Flebant populeæ iuuenem Phaetonta ſorores.
Clymeneides dictæ & Heliades. Ouid. Sic flouit Clymene, ſic & Clymenides altæ.

Phædra.

Phædra regis Minois filia ex Paſiphae coniuge, vnde Paſipheia & Haſipheia filia dicta eſt.

Philocretes.

Philocretes Pentis filius & comes Herculis, quamobrem Pentiades.
Pæanteſatus & Alcidæ comes eſt dictus.

Philoſophi.

Philoſophi prius dicebantur Sophiſtæ. Cæterum deinde pro locorum doctri-

doctrinarumque qualitate diuersa sortiti sunt nomina.

Græcis Philosophi, id est sapientiæ amatores dicti, & σοφοὶ, id est sapientes. Inter quos rursum sectæ fuerunt diuersæ, diuersorumque nomenclaturis hominum distinctæ, vtpotè Stoici à porticu, cuius sectæ author Zeno philosophus, Cratis auditor, vnde prius dicti Zenonij.

Cynici, ab Antisthene seu Diogene.

Peripatetici, ab Aristotele deambulatore.

Academici, qui etiam sunt

Platonici, vtpote Platonem sequentes.

Socratici, à Socrate denominati.

Pythagoristæ qui Pythagorei & Pythagorici, à Pythagora dicti.

Cyrenaici, ab Aristippo Cyræneo, qui & Epicurei ab Epicuro qui voluptatem statuit summum bonum.

Pyrrhonij quos Græci σκεπτικοὺς, id est, consideratores: ἀπορητικοὺς, id est, ambigentes vocant à Pyrrhone nomen habent.

Nudipedes, γυμνοσοφισταὶ.

Eretriaci à Menedemo inter Socraticos Phædri discipulo.

Apud Persas olim Magi nomen erat honestum, idem quod sapiens, vel Philosophus.

Apud Gallos Druijdæ vel Drijadæ Syluam inhabitantes in æstimatione erant.

Βραχμᾶνες.

Brachmanes & Samanei, apud Indos ac Gymnosophistæ.

Apud Ægyptios, Prophetæ, sacerdotes. Latinis sapientes.

Assyrijs Chaldæi dicti sunt à regione, Hebraicè autem metasephim appellantur sapientes omnes orientales, quorum mentio Danielis primo ac secundo Cicero testatur Pythagoram primum modestiæ gratia non sophum, sed philosopham voluisse appellari.

Phocei.

Phocei, Phocenses, Phocaici, Cirthæi, Castalij.

Phœnix.

Phœnix vnica auis in Arabia, Soli sacer, vnde dictus Titanius & Soligena Bapt. Malo ego Soliginæ Phœnicis fata subire.

Alumnus Phœbi.

Auis solis.

Gangericus, Assyrius volucris.

Titanius ales Claud. Hæc fortunatus nimium Titanius ales Regna colit. Vnicus, longæuus, viuax, nobilis.

Pictones.

¶ Pictones. Pictauenses. Pictaui. Galliæ populi.

Pirythous.

Pirythous, vel Perythous πειρίθους filius Ixionis, Borbonius, Perithoüs est Theseus, Pylademque secutus Oresles. Inter eos tantus fernor amoris erat.

Dictus patronymico nomine Ixionides. Ouid. Hæc Ixionides illa.

Threzenius heros.

Ixione natus.

Pittacus.

Pittacus media corr. Philosophus Lesbius. Sophistes Lesbius. Lesbo satus Sido. Noscere quod tempus Lesbo sate Pittace suades. Alij Mitylenæum fuisse scribunt.

Planetæ.

Planetæ. πλανῆται.

Errones. Errantia sydera.

Erronæ. Erraticæ stellæ.

Plato.

Plato Aristonis filius, πλάτων. Philosophus

Iosophus à latitudine humerorum sic dictus. Horo. Pythagoran Antytique reum doctumq; Platona. Antea ex aui paterni nomine Aristocles vocabatur Athenis natus, vnde dictus Cecropius Mant.

Cecropii interdum dulces inuiserechartas. Adeò in omni disciplinarum genere & præsertim in philosophia excelluit, vt diuinus Plato, & Philosophorum Homerus vocatus sit:

Plautus.

Plautus, Farcinas natione, poeta Comicus, ab initio appellatus Plotus, teste Festo à pedum planicie quos Plotos Vmbri vocant. Distortus, Iocosus, antiquus. Antiquum verbis Plautum renouare facetis.

Pleiades.

Pleiades πλειάδες, signum stellarum septem ante genua Tauri ἀπὸ τῦ πλέειν, id est, pluere latinè Virgiliæ dicuntur, quod vere exoriantur, Aliquando est tetrasyl. Propertius

Non sic Pleiades faciunt nec aquosus Orion, aliquando abiicitur e.vt primam corripiat. Stat. Pliademque inuosam.

Athlantææ dictæ Ouid. & Athlantides, filiæ Athlantis. Imbriferæ. Pluuiæ tristes, nubilæ.

Pluto.

Pluto πλοῦτων. Saturni fertur filius: Iouis, ac Neptuni frater. Hinc dictus Saturnius. Ouid. Haud vltra tenuit Saturnius iram. Vmbrarum rex. Dux Erebi. Tenebrarum præses. Dis, ditis, Tartareus, Orcus, Stygius, Lethæus.

Auernalis rex, tyrannus. Vocatus quoque Veiouis, Martial. Generque Cereris, Iuuena. Ad generum Cereri sine cæde & vulnere cuncti Descendũt reges, & sicca morte tyranni. Tottor vmbrarum immanis, Adamantinus, seuerus. Ater, Funestus. Tenebrosus.

Poeta.

Poëta. ποιητὴς, Vates,
Diuinus. Fatidicus.
Elegantia fingens scribens, componens carmina
Liquore Pægasæo saturatus.
Diuinorum oraculorum interpres.
Interpres Appollini, Deorum.
Qui in bicipit Parnasso somniauit. Persius.
Aonios colens recessus.
Castalio fonte potatus.
Castalia natus dea.
Sacra redimitus tempora lauro.
Cuius ambrosia frons nectare fusa est, atque Helicone sacra lauerit amne comam.
Arida cuius Clitorio sitis amne leuatur. Natura ipsa instructus ad poeticam facultatem.
Aoniæ gloria summa chelys.
Diuino correptus furore
Diuino numinis afflatu concitatus.
Interpres diuinæ mentis.
Cui fronces pandit Cirrha suos, & ampliore vena Piaris fluunt liquores.
In cuius pectus Maronis anima demigrasse creditur.
Qui frontem, habet hædera virentem sequaci.
Darphnei de fronde vel myrto cinctũ habens caput.
Cuius Parnasia lambit tempora Daphne,
Eloquio vincens Ciceronem, carmine Homerum, Musarum alumnus.
Musarum aues, Theocrito dicuntur Poëtæ, quod assidue sua modulentur carmina.

Pollux

Pollux.

¶ Pollux. vide Castor.

Polymneſtor.

Polymneſtor, & in litera elisain carmine Polyneſtor, rex fuit Thracũ. Propert. Et ſcelus accepto Thracis Polyneſtoris auro.

Iſmarius rex vocatur Ouid, & Odryſius, id eſt Thracius.

Polynices.

Polynices, filius Oedipi Thebanorum regis hinc Oedipodionides vocatur Statio lib. 1. Theb. Oedipodionides furtim deſerta pererrat.

Iſmenius & Cadmeius heros.

Echinnius inuenis.

Polyphemus.

Polyphemus ingenti corpore Neptuni filius, vnus ex Cyclopibus vnoculus, ab Vlyſſe excæcatus, vt ſertur. Ennæus dictus ab Enna Siciliæ vrbe.

Etnæus quoque ab Etna monte, in quo Cyclopes recluſi.

Neptunæus incola rupis, Terribilis trux, ferus, cæcus. Siculus.

Polyxena.

Polyxena pen. cor. Priami & Hecubę filia fuit formoſiſſima. Catul. Alta Polyxenia madefient cæde ſepulchra.

Virgo Priameia Virg. vocatur lib. 3. Æneid. O felix vna ante alias Priameia virgo.

Portogallia.

Portogallia. Luſitania.

Portunus.

Portunus deus portuum. Palemon Athamantiades, Melicerta.

Priamus.

Priamus filius Laomedontis, pulcherrimus, Homero teſte.

Laomedontiades dictus, Virg. Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.

Senex Dardanius vocatur. Ouid.

Dardanij lachrymas non tulit ille.

Priapus.

Priapus med. prod. filius Liberi patris ac Veneris fingitur hortorum deus.

Lampſacides, & Lampſacenus dictus quod in Lampſaco Helleſponti vrbe coleretur. Virg in Geor.

Helleſpontiaci ſeruet Tutela Priapi.

Verpus quòque dictus ab Inuerſa pelle, Salax, rigidus procerus, ruber Helleſpontiacus deus.

Prometheus.

Prometheus προμηθεὺς penu. prod. à prouidentia ſic dictus, Iapeti filius, vnus ex Titanibus igne è cœlo fingitur ſurripuiſſe callidè.

Iapetonides dictus: Cod. Iapetionides hoc vulnere turbidus

Iapeto ſatus. Ouid.

Propertius.

Propertius ex Metania Vmbriæ oppido oriundus. Elegiographus quod Callimachum in ſuis operibus ſecutus, Callimachus Romanus vocatus eſt, Quinti, Romaniq; aderit pagina Callimachi, Blãdus, Laſciuus, facundus.

Proſerpina.

Proſerpina, dicta à Proſepẽdo Perſephone, Græcis Ioues ex Cerere filia, quam Pluto in vxorem rapuit in Sicilia. Perſę filia.

Erebi regina, Plutonia coniux.

Tartarea, Phlegetõnea, Persephone, Dea triformis, Triceps,
Stygia dea. Nigri Iouis Inuida coniux. apud Pon. Regina erebi.
Proserpina teste Augusto, eademque Luna, Libera, Diana, Lucina. Trivia, Hecate & Noctiluca.

Proteus.

Proteus Oceani & Thetidos filius, Deus & vates marinus.
Vertumnus Latinis dicitur
Carpatheus vates (quod aliquando in Carpatho insula regnauit) dictus Virg. Est in Carpathio Neptuni gurgite vates Cæruleus Proteus.
Mutans vultus: Horat. Quo teneam vultus mutantem Protea nodo.
Æquoreus, sceleratus, ambiguus, mirabilis.

Protesilaus.

Protesilaus, vnus ex Græciæ principibus, Latinis sonat primus mortuus Auso. Protesilāe tibi nomen sic fata dederunt. Victima quod Troiæ prima futurus eras Philaceius heros. Iphiciades. Iphicenatus. Phylacides dictus à Phylace Thessaliæ oppido. Ouid. Tristia Phylacide Therfites funera vidit. Hæmonius vir apud eundem.

Prussia.

¶ Prussia. Prutenia. Borussia olim.
¶ Bruteni. Bructeri. Borussia, quiolim Cothones dicebantur.

Ptolomeus.

Ptolomeus Lagus Ægypti & Aphricæ, nec non Arabiæ pro magna parte rex post Alexandrum Macedonem.
Tyrannus Niliacus, & Pharius à Pharo insula Ægypti Luca. Pharios fatis esse tyranno. Quod poterat, Ab hoc deinceps Ægyptij reges Ptolomæi sunt appellati, vt Romanorum Augusti, Persarum Arsacidæ Athenienſium Cecropidæ.

Puteolani.

¶ Puteolani, Dicarcæi à iustitiæ administratione: lib. 3. Prole Dicarchæa multo cum milite Graia.

Pylades.

Pylades, filius Stopæij Phocensis. Phocæus iuuenis dicitur Ouid.
Adfuit insano iuuenis Phocæus Oresti.
Strophio natus, fidus, Hæmonius.

Pyracmon.

Pyracmon vnus Cyclopum Vulcani minister, ab igne & incude quæ ἄκμων Græcis dicuntur nomen habens. Virg. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro Brontes ac Steropes & nudus membra Pyracmon.
Æmondes, Ouid dicitur Durus ferrugineus, flammeus, semper olens, oculis & nare igneus, nudasque membra Pyracmon.

Pyrrha.

Pyrrha vxor Deucalionis & Epimethei filia, hinc dicta Epimethis Ouid. Inde Prometides placidis Epimethida dictis, Mulcet Titania quoque dicta, Ouid.

Pyrrhus.

Pyrrhus Latinè flauus siue rufus, fuit Achillis filius.
Achilles hinc dictus, Ouid. Pyrrhus Achillides animosus imagine patris & Achilleius heros.
Æacides Pyrrhus Mant.
Scyrius iuuenis, apud Sene.

Pelas-

Pelasgus, Graius ferox.
Neoptolemus antea dictus, authore Seruio.

Pythagoras.

Pythagoras philosophus Samius filius Demarachi locupletissimi negotiatoris.
Panthoides ab Ouid. dictus Celeber Samiæ telluris, alumnus, diuinus, doctissimus.

Q

Quintilis.

Quintilis mensis, ideo dictus est quod ordine sit quintus à Martio, qui apud Romanos sicuti apud Hebræos, Ægyptios & alias nationes, primus anni mensis erat. sed postea in honorem Iulij Cæsaris Dictat. Iulius ἰούλιος appellatus est, seruidius, æstifer μεσοπυρίτης Græcis quoque dictus.

R

Remus.

Remus frater Romuli à quo interfectus, fratres autem Martigenæ dicti. Ouid, in quo Matrigenæ non sunt siue crimine nati & Iliadæ Ouid. Iliadæ fratres iura petita dabant.

Radamanthus.

Radamanthus Iouis ex Europa filius & rex Lyciæ & vnus iudicum inferorum cum Minoe & Æaco.
Agenorides dictus Mant. Qualis Agenorides Lycia Radamanthus in ora. Iuridicus, Inexorabilis, Vide Minos.

Rhagusium.

Rhagusium Dalmatiæ ciuitas. prius dicta Epidaurus.

Rhamnusia.

Rhamnusia dea fortunæ. Nemesis dea cæca Rhamnusis, idos Tic. Sors.
Norcia dea. Dea instabilis, bifrons inconstans. Lubrica, fallax.

Rhenus.

Rhenus & Rhenum nobilis fluuius ex Alpibus oriens hinc dictus Appenigena. Mant. Appæninigenæ prope saxea flumina Rheni. Belgas à Germanis diuidit duobus ostijs in oceanum septentrionalem influen.. Virg extremiq; hominũ Morini Rhenusque Bicornis. Hora Aut flumens Rhenum aut pluuius discribitur arcus. Teutonis amnis, gelidus, glacialis, tumidus, saxosus, Bifidus.

Rhesus.

Rhesus filius Strymonis Thraciæ rex bellicosus.
Odrysius dux Ouid. Exigit Odrysij facta cruenta ducis. Thrax, Threicius Scythonius.

Rhodus.

Rhodus ciuitas & insula inter Asiaticas tertia, quod Lesbus & Cyprus sint maiores.
Ophiusa ὀφιοῦσσα per duplex s ante vocabatur & Æthræa, deinde Staclia, Postea Telchin. Insula Solis Carthe, aurificis quondam dicta est insula solis, hinc dicta Phœbeia & Phœbæa, Ouid. Phœbeamque Rhodon, & Ialysios Thelchinas. Nunquam enim cœlum tam nubilum est, teste Soli. vt in sole Rhodos non sit.

Rhutheni.

¶ Rhutheni. Russi. Russiani olim & Rhuthones.

¶ Russia. Rhuthenia.

Roma.

Roma Vrbs proprie per Antonomasi-
Regina vrbium.
Romulea vrbs. Valentia prius vocata à robore, quod Græcis ῥώμη.
Vrbs Quirinalis, Martigena, bellicosa superba, Latialis, potens, Martia. Auso. Martia Roma triplex equita tu, plebe, senatu.
Cœli vicaria, Mant. Quo Italia exultat, cœlique vicaria Roma.
Roma septicollis quoq; dicta à septē collibus. Vrbs æterna dicitur Suet. Vrbis, ab æternæ. Vrbs togata à Prudentio.

Romani

Romani Romulei.
Romuli. Romulidæ.
Æneadæ ab Ænea.
Iulæi ab Iulo: Lucā. lib. 1. Phrigijq; penates Gentis Iuleæ.
Latiales. Romulares. Turba Quirini.
Quirites. Romuli gens antiqua, Catul.
Gens Romulea, togata.
Troiugenæ, apud Liuium quod ex reliquijs Troiæ.
Dardanij. Rerum domini. Virg.
Romanos rerum dominos gentemq; togatam.
Celeres. Trossuli. Flexumines.

Romulus.

Romulus ῥωμυλος, Martis & Iliæ filius. Romanæ conditor vrbis, frater Rhemi, primusq; Romanorum rex. Dictus autem est Quirinus à Quiri hasta qua assiduè vrebatur vel quod Cures vicerit, Sil Armiferi sacra Quirini.
Martigena, id est, Marti natus, Mauortius, Ausonius, Romanus, potens.

S

Saba.

Saba civitas regia Æthiopiæ, quam Cambyses Meroen denominauit, hanc Nilus circundans inexpugnabilem reddebat, & quia thus mittit Thurifera appellāta. Item Panthæa, Panthaica & Sabea tellus, Incolæ, Sabei, Thurifera gens dicuntur.

Sabini.

Sabini, qui Sabelli, Sabellici, Samnitesque, antiquissimi sunt Italiæ populi indigenæ atque Aborigenes.

Sagittarius

Sagittarius, signum cœleste Chiron.
Phillyrides Arcitenens. Saturnigena.
Doctor Achillis.
Phillyrius hero, sagittifer, semiuir. Virg. Semiuir arcipotens subit & Capricornus aquosus.

Salamin.

Salamin, siue Salamis σαλαμὶς & Salamina, insula in Euboico mari cōtra Athenas sita, in qua vrbs eiusdem est nominis.
Hinc Salaminij & Salaminiaci.

Salamacis.

Salamicis fons in Caria iuxta Halycarnasum, Dictus Veneris.

Salomon.

Salamon Hebraica dictio per à in prima scribitur, & interpretatur pacifi cus, Dauidis ex Bersabee filius.
Rex Solymus seu Hierusalem, Mant. Qualis etra festis gradiens ad templa diebus, Splendidus & Salomō spectabilis auro. Pólit. Mentis opumq; potens Salomon, Sapientissimus habitus.

Sal-

Salmoneus.

Salmoneus σαλμωνεύς, filius cuiusdam Æoli regis ventorum, atque Elidis rex in qua scilicet regnauit. Virg. Vidi & crudeles dantē Salmonea pœnas. Dum flammas Iouis & tonitru imitatur olympi.

Aeolides, filius Aeoli. Mant. Curruque volanti. Aeolidem aggressum tonitru.

Samos.

Samos insula in mari Icario, dicta Iunonia, i. sacra Iunoni Ouid.

Et iam Iunonia læua parte Samos fuerat, ac Threicia, Virg.

Threiciamque Samon, quę nunc Samothracia fertur.

Parthenia prius nominata, vt scribit Varro fœcunda, illustris, pulchra, vetus.

Samothracia.

Samothracia vt aliqui scribunt prope Thraciam cum vrbe eiusdem nominis insula est.

Dardania prius dicta & Leucosia.

Gentile Samothrax & Samothracius.

Sara.

Sara Abrahami patriarchæ vxor, à domino Sarai vocata. Isaac mater, Isaciparа. Mant. Gentilis Isaciparæ quæ vsurpat nomine Sarræ.

Sardania.

Sardania insula in mari Ligustico a Sardo Herculis filio sic dicta, cum prius Sandalictes ab effigie soleæ appellatur, & Ichnusa, à similitudine vestigij. Syl. lib. 17 Inde Ichnusa pius Graijs memorata colonis. Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens Herculis, ex sese mutauit nomina terræ.

¶ Hinc sardi, Sardoi, Sardonij, Sardonienses. Et à præcipua ciuitate quod Iole à priscis vocabatur Iolenses.

Sarmata.

Sarmatæ vel Sauromatæ Scythiæ populi, vagi plerunq; domicilia mutantes, plaustris pro domibus vtentes, pascunturq; lacte equino, vnde eos ἱππομολγοὺς equorum mulsores, & γαλακτοφάγους, lacte vescentes vocant.

Hamaxobitæ Pomponio, Hamaxobij Ptolomæo dicuntur, nūc vulgo Poloni, Tartari, Lituani, Prussi, Vide Moschi.

Saturnus.

Saturnus κρόνος filius fuit Cœli & Vestæ.

Leucadius falcifer & falciteneus deus Pont. Miratus & ipse Falciteneus deus.

Falciger, falcatus. Pomp. falce potens feriet Saturnus, Tristis, profugus, senex, Sterculeus à Romanis dictus propter inuentum stercorandorum agrorum.

Scorpio.

¶ Scorpio & Scorpius, σκορπίος.

Nepa, Nepes.

Oestrepes, Ouid. ὀκτίσιμος. Venenifer. ardens, dirus, mortifer.

Mant. vel acuto mortifer vngue Scorpius.

Est quoque signum cœleste.

Scylla.

Scylla Phorci fingitur filia, saxum est reddens male Siculum importuosum, plerumque periculis.

Nereia vulgo dicitur Ouid. Ullam nom auidis canibus Nereia virgo.

Phorcis vocatur Fausto ipsáque Circæa versa est medicamine Phorcis Immanis, vorax, rapax, impia, latrans, Mant. Nunc vada latrantis Scillæ nunc ora Charybdis.

Scythia.

¶ Scythia Europæa, σκυθία, Septentrionalis regio, à Schyta Herculis filio (vt inquit Hieronymus) ita dicta.

Mæoti ora vocatur à Meotide palude.

Scythæ.

Scythæ, Scythici, Septentrionales populi.

Nomæi prius dicti & Magogæ, teste Iosepho à Magog filio Iaphet. Arimaspi. Agathirsi. Geloni

Riphæi à Riphæis Scythiæ montibus. Virg. lib. 2. Geor. Gens effrena virum, Riphæo tunditur Euro.

Mæotij & Mæotici, à Meotide palude. Hyperborei.

Tanaitici à Tanai fluuio. Sidon.

Telluris Tanaicum rebellem.

Bosphorani à Bosphoro Thracio Sidoni. Plaudentes stupuere Bosphorani.

Borysthenidæ, ab eiusdem regionis fluuio Borysthene longè vberrimo.

Semele.

Semele Cadmi filia materque fingitur Bacchi.

Cadmæis dicta Ouid. Talibus ignaram Iuno Cadmæida dictis formarat.

Formosa, Euchia, Thebana miserabilis.

Semiramis.

Semiramis, Assyriorum regina formosa Ouid. Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse dicitur: Regina Babylonia vocatur.

Sicilia.

Sicilia, Sicania, Sicula tellus, Trinacria, Trinacris, Triquetra. Triquetris vocatur, Ouid. libro 3. Metam. Vesta Gigantæis iniecta est insula membris Trinacris. Stat. lib. 2. ser. Quid militibus promissa Triquetra. Lucretius lib. 1. Insula quam Triquetris terrarum gessit in oris Sicelis ora quoque dicitur.

Siculi.

Siculi, Sicani, Sicanij, Lilybæi à Lilybęo promontorio Virgilius lib. 3. Æneid. Et vada dura ego saxi. Lilybæi cæcis.

Ennæi ab Enna vrbe.

Liparæi & Liparenses à Lypara insula. Sidon. Strauit sub Liparensibus caminis.

Tauromenitani à Tauromenio monte Siciliæ. Nesciades.

Arethusij, & Arethusæi, ab Arethusia fonte Siciliæ. Silius lib. 14. Erigitur subitas in spes Arethusa proles Claud. lib. 2. de raptu. Quas Arethusæi latices, quas aduena nutrit Alpheus.

Agathoclæi ab Agathocle rege Siciliæ Sil. lib. 14. Hic Agathoclæis sedes ornata trophæis.

Dicuntur etiam ab insulis vicinis Siciliæ, Æoli, Depranitani à Depranno promontorio Siciliæ Sido. Agonem Depranitanum.

Sina.

¶ Sina Arabiæ mons qui Oreb quoque dicitur in quo Moses legem accepit.

Syrenes.

Sirenes.

Sirenes à Poëtis finguntur filiæ Acheloi & Calliopes Muſæ in Siculo mari habitantes. Ouid. Monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canora. Quaſlibet admiſſas detinuere rates.

Acheloides & Acheloides dictæ Ouid. Acheloiadumque reliquit Sirenum ſcopulos. Tyrrhenæ, Acheloiæ volucres.

Siculæ, ſubdolæ, dulces, blandæ, vagulæ virgines, volucres.

Siſyphus.

Siſyphus pen. cor. σίσυφος, filius fuit Æoli, Latro in Iſthmo, qui hoſpites magno ſaxo opprimebat, & tãdem à Theſeo occiſus grande ſaxum ſupra montem, portare & deuoluere cogebatur apud inferos. Ouid. Aut petit aut urget rediturum Siſyphe ſaxum.

Æolides dictus & Aeolius ſenex deſeſſus, inquietus, infœlix. Hortator ſcelerum. Virg.

Sol.

Sol ἥλιος. Hebræis Schemech dicitur, Aſſyrijs Adad. Perſis Mitra μίθρα.

Phœbus, φοῖβος.

Phœbeius orbis, ignicomus, calidus, radiatus.

Titan, auus ſolis, vnde ſol quoque dicitur.

Apollo quaſi mala pellens. Παρὰ τὸ ἀπὸ τοῦ πάσχειν.

Liber prima prod.

Ianus, Dieſpiter, quaſi diei pater Horat. Matutine pater, ſeu iane libentius audis.

Horus. Phanes: Pont. Hunc nitidum Phanetа vocant, quod ſurgat Eoo. Oculus mundi. Capel. Mundanuſque oculis fulgor ſplendentis olympi.

Strophades.

¶ Strophades, inſulæ duæ in Ionio mari, ab alijs Plotæ dictæ.

Symplegades.

Symplegades συμπληγάδες. antepenulti. prod. inſulæ duæ in Boſphoro. Cyaneæ ab alijs dictæ Sabaudia, vide ſupra Allobroges.

Syracuſani.

Syracuſani & Syracuſij, & Arethuſidæ ab Arethuſa fonte Pachino. Syracuſiſque preclariſſimæ Siciliæ vrbi vicino fic dicti. Ouid. vtque Syracuſis Arethuſidas abſtulit armis. Claudius.

Syria.

Syria Aſiæ regio nobiliſſima continens in ſe Phœniciam, Meſopotamiam, Paleſtinam in qua Iudæa, & Babylonia, quæ & Aſſyria dicitur.

¶ Hinc Syri σύριοι, Syrij Syriaci, Iudæi, Phœnices.

Paleſtini, à Philiſtium ſic dicti Orontæi, ab Oronte fluuio Phœniciæ.

Syrtes.

Syrtes duo ſunt loca ſiue ſinus periculoſiſſimi in extrema Aphrica, quas efficit in acceſſas mare reciprocum ac vadoſum.

Paretoniæ à Paretonio vrbe Aegypti dicti. Lepticanæ quoque à Lepti vrbe Africæ. Luca. Vſque Paretonias Eoa ad littora ſyrtes. Afræ Lybicen, vadoſæ, arenoſæ, barbaræ naufragæ, æſtuoſæ, procelloſæ.

T

Tantalus.

Tantalus Iouis filius, Phrygiæque rex.
Pelopis infidus pater. Horat.
Garrulus. Phrygius senex Senec.
Vocatus. Sitibundus. siccus, proditor.

Tartari

Tartari, Nomades prius dicti.

Tarteſſus, Cartaia, vide *Carteia.*

Temſa.

Temsa, Temese. τεμέσα
Brutiorum oppidum.

Tereus.

Tereus τρισὶν disſyllaba, rex Thracũ, Martis ex Biſtonide nympha filius.
Biſtonius rex. Virg dictus.
Odriſius rex Ouidio.
Thracius, Threicius Ismarius Tyrannus: Ouid Quid ſcelus Ismarij quereris Philomela tyranni. Impius, Inceſtus, infidus, immitis, iniquus Stat. Vt iniquum Terea clamant.

Teucer.

Teucer filius Telamonis regis Salaminis ex Heſiona Laomedontis filia,
Laomedontiades hinc dictus. Mantu. Laomedontiadem Teucrum genitoris ob iram E patria pulſum. Salaminius quoque dictus.

Thales.

Thales vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus.
Miteſius, Mileto genitus, Sido. Thales Mileto genitus vadimonia damnat.

Thebe.

Thebe, bes Theba, bæ, & Thebarum, ciuitas in Ægypto, à Buſiride rege Ægypti condita, Græcis Heliopolis, Solis ciuitas vocatur, centum & quadraginta ſtadiorũ, quæ centum habuit portas. Iuue. Atque vetus Thebe cẽtum iacit obruta portis Venuſtæ, nobiles, inclytę, clarę centifores hecatompolis.
¶ Hinc Thebais, idos Θηβαΐς & Thebaida, dæ. ab accuſatiuo Græco, ac regio Thebaica à Theba ſic denominata, Aegypti pars ſecundum Nilum, huius frequens mentio in vitis patrum.
Eſt alia Thœbe in Bœotia à Cadmo.
Agenoris filio, aut vt alij volunt, ab Ogyge ædificata, & poſt ab Alexandro magno euerſa, quæ & Draconigena dicebatur, quam heptapylon vocat Apuleius, quod ſeptem portas habuerit.
Dircæa à Dirce fonte dicta.

Thebani.

Thebani, Thebæi, Θηβαῖοι

Themeſtocles.

Themeſtocles Athenienſis Neoclis filius, hinc vocatus.
Neoclides. Ouid. Arma Neoclides qui Perſica contudit armis.

Thermodontiæ.

Thermodontiæ & Thermodontiaci, Sacæ. Aramei, Stithia Aſiaticæ ſũt populi. Plin. lib. 6. Vltra ſunt Scytharum populi. Perſæ illos Sacas vniuerſos appellauere à proxima gente; antiqui Arameos.

Theſeus.

Theſeus filius fuit Ægei regis Athenarum.

Ægides

Aegides hinc dictus Sido. Atticus Aegides rupit Marathonide quercu Heros Troezenius, Ouid. Hac Ixionides ille Traezenius heros. Cecropides.

Neptunus, à Neptuno patre ſecundum Plutarchum. perfidus, periurus, crudelis, ingratus, armiger.

Theſſalia.

Theſſalia, Aemonia, Pharſalia, Aemathia. Amathetis aut Theſſalis ora. Macedonia, prius dicta.

Pyrrhea à Pyrrha Deucalonis vxore.

Campi Philippici. Lariſſa.

Mynia, Pagaiea, Pellua arua.

Iolciacum ſolum.

Theſſalici.

Theſſalici, Theſſalidæ, Iolciaci ab Iolcho Theſſaliæ ciuitate: Virg. in Cerci Regis Iolchiacis animum deſigere votis Meliboei & Melibeſes à Melibœa vrbe Theſſaliæ Paſæi à Pagaſa vrbe. Ouid. li. 7. Iamque fretum Minyæ Pegaſæa puppe ſecabant.

Atracij Atracidæ, ab Atracio, qui magicas artes ibidem edocuit.

Peneij à Peneo fluuio Theſſaliæ: Ouid. libro. 12. Exigit Atracides, Peneiaque arua pererrat.

Lapitheij à Lapithis populis Theſſaliæ. Idem Ouid. Et tum Lapitheia tecta intrarant.

Pelethronij à populis eiuſdem nominis, Peliaci à Pelio monte Ouid. 1. Faſt. Summáque Peliacus ſydera tangat apex.

Pheræi: Seneca. Paſtor Pheræus Delius patuit greges Ouid. in epiſt.

Ipſe reperior opis vaccas pauiſſe Pheræas Fertur.

Amphryſiaci ab Amphryſa fluuio. Stat. lib. 1, Syl. Ant. Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi

Pharſalii, Pharſalici, Luca. lib. 6.

Qua iuga deuexus Pharſalica porrigit Hæmus.

Hemonii. Hæmonidæ. Poli. in Manto Hæmonidis refer & Brontem, Vulcaniaque antra. Val. Flacc. lib. 6. Stant. littore fixi Hæmonidæ.

Magnetes & magneſii à ciuitate Magneſia, fœminina Magneſis Magneſſa. Horat. lib. 3, Car.

Magneſſam Hippolytum dum fugit abſtinens.

Lariſſæi à Lariſſa Theſſaliæ oppido.

Centauræi à Centauris Statius

Sperchiuſque minax, centaureuſque Lycormas.

Lapithonii à Lapithis. Idem Stati. Conſudere modos, puerum Lapithonia nympha.

Oſſæi ab Oſſa monte. Stat. lib. 12.

Nec Oſſæi bello cecidere bimembres Pholoetica monſtra. Atque Peletronios Lapithas Semeleius Euan. Miſcuit.

Aemathij, Philippæi à Philippus cãpis Theſſaliæ: Luca. Romanas acies iterum videre Philippi.

Thetis.

Thetis, idos, vxor Pelei Regis Theſſaliæ, filia Nerei. Amphitrite.

Achillis mater, primam corripiens. inter maris refertur numina, à poetis paſſim vocatur Nereis, Nerei filia: Ouid. Nereis ingreditur conſueta cubilia Doris.

Mater cerulea, aquoſa, æquorea, vndiſlua, vndoſa, circumflua, vndinaga.

Thracia.

Thracia, Thrace, es, & Thraca, ces Θρᾴκα, Ouid. Armigeram Thracen qui regat alter erit.

Lycurgi regna. Iſmaria. Rhodopeia tellus. Scytonia. Strymonia Biſlo-

Bistonia, Bistogis, Schytonis ora.
Terra Aedonis ab Aedone monte Thraciæ. Mauortia, gelida, horrida, læua, bellicosa.

Thraces.

Thraces, Thraci, Thracij, & Thracenses.
Mantini, à Mantinis Thraciæ populis: Virg. in Cyri. Vos ô Mantina si qui de gente venitis.
Ismarij ab Ismaro monte Thraciæ.
Pangei à Pangeo Thraciæ promontorio Ouidius lib. 3. Fast Iamque erat ad Rodopem, Pangeaque flumina ventum.
Odrysij à populis eiusdem nominis. Scyconij Edonides.
Rhœoperij à Rhodope monte.
Abderitani, ab Abdera vrbe Thraciæ. Mart. lib. 10. Abderitanæ pectora plebis habes.
Bistones, Bistonij, Bistonidæ à Bistone fluuio.
Oeagrij ab Oeagro fluuio Thraciæ. Hinc Orpheus Oeagrius.
Aedoni ab Aedone Thraciæ monte.
Bosphorani, Bosphorei: Sidon.
Bosphoreis Elephas inglorius ora tributis.
Bristhenidæ à Boristhene fluuio Thraciæ. Bap. Pius, Mitior ad sæuos aura Boristhenidas.

Thule.

Thule insula vltra Britanniam & Orchadas vltima ex cognitis à Romanis: Vnde Virg. in Geor. Tibi seruiæ vltima Thule. Nunc Islandia vocatur, Terra glacialis Vlterior terra inuentaq; Gronlandia, Finlandia seu Finnonia vt Plinius scribit, & Laponia.

Thusci.

Thusci, Ethrusci. Tyrrheni.

Thyestes.

Thyestes Pelopis fingitur filius Atrei frater, Tantaliq; nepos.
Tantalides hinc dictus Ouid. Tantalidæ fratres absint & Iasonis vxor.
Dirus, crudus, rigidus, sæuus.

Tygris.

Tigris τίγρις è paradiso terrestri creditur habere originem propter velocitatem sic dictus, nam instar beluæ nimia velocitate decurrit, pergitque contra Assyrios.
Achemonius dictus, id est Persicus ab Achæmone Persarum rege. Claud. Misit Achemonio quicquid de Tigride Mœdus. Violentus, rapidus, rapax celer.

Tityus.

Tityus, trisyllab. Terræ creditur filius, tantæ magnitudinis gigas vt iacens nouem occuparunt iugera. Ouidius. Viscera præbebat Tytius laniandæ, nouemque iugeribus districtus erat.
Alumnus terræ hinc dictus: Vir.
Nec non & Tityum terræ omni parentis alumnum.
Et Terrigena, Statius, Terrigenam Titium, Fœdus, incontinens.

Tongrinum.

Tongrinum, Octauia dicebatur quó regni caput esset condita à Torgeto 897. annis ante Christi aduentum.
¶ Tongri Galliæ Belicæ populi vulgo Brabantini vocantur.

Traiectum.

Traiectum Mosæ à trajiciendo sic dictum, & superius vocatum, Brabantiæ

bantia collimitaneum, à nonnullis Aduaticum vocatur.

¶ Traiectum iuferius, quo & Vltraiectum & prius VViltaburgum vocabatur, nunc Archiepiscopi sedes.

Troia & Troiani.

Troia. Teucria.
Dardania. Pergamus.
Troas, ciuitas ipsa, teste Hiero, & regio in qua Troia.
Illiō & Ilios, celeberrima olim Phrigiæ ciuitas.
Arx Erichthonia. Priameia regna.
Sáctis in Rheni ripa olim parua Troia dicebatur, est sub ducatu Cliuensi, condita à Troiade Vetera nūcupata est à Cæsare.

¶ Troiæ epitheta. Vetus, antiqua periura, perfida, Dardana. Phrygia. Idea. Hectorea, Laomedontæa à rege Laomedonte.

Troiani. Troes, Troici Troiugenæ Erichthonij, ab Erichthonio filio Dardani: Virg. in Culice Vrit Erichthonias oriens non ignibus arces. Idem Erichthonius prostrauit funditus arces.

Idæi ab Ida monte, Ilij, Iliaci, Iliadę Aeneadæ. Hectorei, Hectoriadæ, Dardani. Dardanij, Dardanidæ, Teucri. Teucrigenæ, Phryges, Phrygij, Rhœtæi à promontorio, Troiæ, vt Sigæi Pergamei.

Laomedontæi, Laomedontiadæ, Anchisæi Anchisiadæ Priamæi, Priamidæ.

¶ Troianæ mulieres, Troades, Iliades, Teucridei, Dardanides.

Treueris.

Treueris oppidum vetustum in Gallia Belgica.

Augusta Treuirorum, quod Romani olim insignem curiam causarum cognoscendarum ibidem habuerint sic dicta.

Hinc Treuir.

Triuiriorum, & Treuirenses populi.

Tunetum.

Tunetum, aliter Tunitum. τωνὶ ciuitas Aphricæ seu Libyæ, regis Libyci metropolis cuius incolæ Tunetæi & Tunisiæ τωνεῖται, qui & Aphri seu Aphricani.

Tyber.

Tyber, eri. Tybris, bris, & Tyberis huius Tyberis, & in sacris Tyberinus Italiæ fluuius, qui prius vocabatur Albula ab aquarum colore. Ouid. lib. 2. Fasto Albula quę Tyberim mersum Tyberinus in vndis Reddidit, hybernis forte tumebat aquis.

Tyberina palus, apud Pruden.

Appeniniugena Ouid. Appeninigenæ quam proxima Tybrydis vndis Romuleus, Tuscus Ausonius, arenosus, altus, nubilus, Tyrrhenus.

Tydeus.

Tydeus, filius fuit Oenei regis Ætoliæ seu Calidoniæ.

Oenides hinc dictus. Stat. Adnolat Oenides.

Oeneius. Achelonius heros. Stat Ecce furens rapto venienti Oeneius, heros.

Impiger, Egregius, fulmineus, tumidus, cruentus.

Typhœus.

Typhœus trifyl, alio nomine Tiphon & Typhos. Similiter tertæ filius fingitur, & Gigantum omium fera maximus Centimanusque & anguipes. Ouidius. Nec quo Centimanum deiecerat igne Typlixa arduus,

arduus, vastus, tetricus, terribilis, ferus, immanis.

V

Venetia.

Venetiæ, olim Henetia dicebatur authore Seruio, meliusque aspiratur, & frequentius plurali numero Venetiæ. ἐνετία in mari Adriatico ciuitas insignis.

Vrbs aquosa dicitur, Sab. Pater vrbis aquoiæ Dexter ades cœptis Ab Henetis populis sic dicta, qui post Bellum Troianum cursum huc è Paphlagonia tenuere authore pli.

Veneti, Heneti, Paphlagones prius dicti.

Venus.

Venus amoris dea fingitur, formosa. & è maris spuma orta. Vnde vocatur Aphrodite. Aphrogenia, ἀφρογένεια & Aphrodisia, diuersa habens nomina à locis vbi Venerem summis honoribus coluerunt.

Amathesia, Amathusis, & Amathuntis, ab insula maris Ægæi quæ Amathus dicitur.

Citheris, Cithereis, Cithera, & Citherea à Cithera vrbe.

Cypris, Cypria, Cyprigena, Erycina, in Cypro genita, Mantuanus.

Cyprigeæ campos.

Idalis, Idalij regina.

Idalia à monte Cyprio Idalio.

Paphia, Diua Paphi, Claud.

Acidalia ab Alcidalio fonte Bœotiæ.

Dianæa, à Dione matre. Ausonius Sacra Dioneæ matri.

Spumigera. Orta salo.

Nata freto. Mant.

Genitrix Æneia, Æneadum.

Luxuriæ nutrix.

corterum præses & magistra.

Mater adulterij libidinum amorum.

Mant Mater adulterij Venus est, stuprique repertrix.

Ebria, insana, vino madens. Ignea in centiua, falax, nefanda, incesta, desultoria, fallax blanda voluptuaria deliciosa, iucunda, lasciua, pernicioſa.

Vesperus.

Vesperus sub solis occasum refulgés Vesper.

Vesperugo, Hesperus.

ἑσπερος, cum aspiratione

Nuncius, index noctis apud Senec.

Virgilius.

Virgilius. Maro Andinus heros.

Andius seu Andæus vates auito quodam patria Virgilij, qui Andes vocabatur iuxta Mantuam.

Latialis Homerus, apud Faust.

Homerus Mantuanus Maro.

Minciades, Iuuenal. Illos Minciadæ celebrat dulcedo maronis.

Myncigena quoque dictus, á mincio fluuio Mant. Et lata maronis æquora Mincigenæ. Doctus.

Facundus, Fatidicus, altiloquus, grandisonus. Castalius.

Vlysbona.

Vlysbona aut vt alij scribunt, Vlyssybona & Olisyppo ciuitas in Hispania, Portogalliæ metropolis, hodie Lysbona vocatur, ab Vlysse cõdita. Strabo Vlysseam appellari scribit.

Vlysses.

Vlysses, Græcè Οδυσσεύς, filius Laertæ regis Ithaces.

Laertiades à Laertia prole: hinc dictus, Laertius heros.

Dux Naritius ab insula Narito.

Dux Dulichius, Ithacus, Ithacensis, à locis in quibus regnauit.

Labo-

Laborioſus, callidus, proundus. diſertus, fallax, ſubdolus cautus, varius tardus. Pellicropus.

Vrſa maior & minor, vide *Arctos ſub litera A.*

Vulcanus.

Vulcanus, filius Iouis & Iunonis prius dictus Mulciber, quod ferrum mulceat: Ouid. Mulciberis capti Marſque Venuſque dolis.

Lemnius cognominatus ab inſulæ Lemno in quam cœlo deiectus decidit, vbi officinam fingitur habere & deorum arma fabricare, Iouiq; fulmina.

Iunonigena quoque dictus Iunonius Iouialis. Iunonia proles.

Rex ignis flammeus, ardens, ferrugineus, puluerulentus, niger, claudicãs. Faber Iouis.

Pater Lemnius. Virg. Hæc pater Æoliis properat dum Lemnius oris.

FINIS.